UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

urn:nbn:de:hbz:466:1-65485

Visual Library

P II
6
Th. 5733.

CATENA TEMPORUM

VETERIS & NOVI TESTAMENTI

Omnigenam historiam, Sacram & profanam connectens

Ab orbe condito usque ad annum Christi 1698.

XENIUM

ACADEMICÆ SODALITATI DOMINORUM

B. M. V. Annuntiatæ Herbipoli oblatum.

Anno 1698.

Cum Permissu Superiorum.

HERBIPOLI, Typis Martini Richter, Universitat. Typograph.

Quemadmodum in agris termini, columnæq; non sinunt arva confundi, sic tempora non sinunt confundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs & in ordinem congruentem digerunt, multâ nos liberant turbatione. S. Chrysostomus Hom. 2. in Esaiam.

Admodum Reverendo,

Perillustri Gratioso Domino,

D. GEORGIO WILHELMO CASIMIRO SCHUTZBAR dicto MILCHLING,

Imperialis Ecclesiæ Bamberg. & Cathedralis Herbip. Canonico Capit. Ratisbonæ ad B. Virginem Præposito, Celsiss. Principum Bamberg. & Herbipol. Consiliario intimo.

Sodalitatis Majoris Academicæ

PRÆFECTO.

* * *

Admodum Reverendis, Perillustribus, Prænobilibus, Magnificis, Eximiis, Consultissimis, Experientissimis, Prudentissimis MAGISTRATIBUS Sodalitatis.

* * *

D. Georgio Casparo Holzapffel, *SS. Theologiæ Doctori, Novi Monasterij Canonico Capitulari, Consistorij Assessori.*

D. Joanni Adamo Wachter, *J. V. Doctori, Judicij Provincialis Consulenti.*

DD. ASSISTENTIBUS.

* * *

D. Damiano Eckenberto, Camerario Wormat: L. B. de Dalberg, *Domino in Hernsheim & Essingen, Eccles: Metropol: Mogunt: & Trevirens: nec non Cathed: Herb: Canon: Capit: & respectivè Custodi.*

D. Ignatio Theobaldo Hartmanno à Rey-

à Raynach, *Eccl. Cathed. Herbip. & Equeſt. Comburg. Canon. Capitul.*

D. Friderico Georgio Joanni à Sickingen, *Imper. Eccl. Bamberg. & Cathed. Herbip. Canonico Capitulari.*

D. Joanni Georgio Adelmann, *SS. Theol. Doctori, Novi Monaſt. Canon. Cap. & Scholaſtico, Reverend. & Celſ. Princ. Herb. in Spiritual. Conſiliario.*

D. Philippo Braun, *SS. Theologiæ & J. U. Doctor. Protonot. Apoſt. Sacr. Can. Profeſſ. Ord. Canon. Capit. Prædicatori & Cuſtodi in Haugis, Rſmi. & Celſ. Princ. Herb. in Spiritual. Conſiliario.*

D. Tobiæ Reibelt, *J. U. Doctori, Reverendiſſ. & Celſiſſ. Princ. Conſiliar.*

D. Franciſco Joachimo Schildt, *J. U. Licentiato Rſmi. & Celſiſſi Princ. Herb. Conſil. & Capit. Cathed. Syndico.*

D. Joanni Joachimo Schüll, *J. V. D. & Profeſſori Ordin. Judicij Provincialis Conſulenti.*

D. Hieronymo Conrado Virdungo ab Hardung, *Med. Doct. & Profeſſ. Ord. Rſmi & Celſiſſ. Prin. Archiatro. & Civitatis Phyſico.*

D.

D. Joanni Wisner, *Eccl. Collegiata in Haugis Can. Cap. & Vicariat. Assessor.*

D. Joanni Melchiori Weickert, *Eccl. Colleg. in Haugis Canonico Capitulari.*

D. Joanni Philippo Dietmann, *Novi Mon. Canonico Capitulari.*

D. Joanni Christophoro Pfoch, *Novi Monast Canonico Capitulari.*

D. Joanni Joachimo Bentz, *I. V. Doct. Vicariatûs & Consistorij Assessori.*

D. Joanni Adamo Bautz, *Medic. Doct.*

D. Ludovico Wilhelmo Josepho Otto, *I. C. Rev. & Cels. Pr. in Feud. Secretar.*

D. Joanni Andreæ Göppel, *Consilij Aulici Secretario.*

D. Joanni Martino Wigandt, *Senatori, Iudicij Civici Assessori.*

D. Joanni Bartholomæo Keller, *Universitatis Herbip. Receptori & Senat.*

D. Eliæ Adamo Karbach, *Præfecto Hospitalis & ad S. Theodoricum.*

D. Valentino Horbelt, *S. T. Vicario.*

D. Vito Mosbach, *Summi Templ. Vic.*

D. Joanni Simon, *Vicario & Sub. Custodi in Haugis Parochoin Versbach.*

D. Ge-

D. Georgio Adamo Faber, *Vicario in Haugis.*

D. Joanni Richardo Neuner, *Novi Monaſt. Vicario.*

D. Eliæ Michaëli Lembach, *Novi Monaſt. Vicario.*

D. Albano Haas, *Vicario & Parocho ad S. Burckardum.*

D: D: CONSULTORIBUS.

* * *

D. Joanni Franciſco Bauman, *Judicij Civici Aſſeſſori.*

SECRETARIO.

Dicant
Dedicant
Conſecrantq;

Conſodales Mariani.

Ad DD. Sodales.

HÆc Sæculorum catena, ex probatissimis auctoribus collecta est, & præcipuè ex tabulis, à R. P. Joanne Dominico Musantio S. J. accuratissimâ operâ non pridem Romæ in publicam lucem editis, transumpta, ut fides haud temerè attribui possit. Neque DD. Sodales ideo minùs gratã hanc strenam habebunt, quia similem materiam cum BREVIARIO CHRONOLOGICO complectitur, cujus partes quatuor superiorũ annorum Xenijs divisim acceperunt. Præterquam enim quòd diversitas materiarum in hac Catena major

major reperiatur, quamvis angustiore compendio arctata, insuper ordo commodior, ad promptiùs inveniendũ suppeditatur, cùm suâ unaquæque materia sæculorum continuâ Serie percurratur. Interdum etiã crambe recocta sano gustui sapit, si aliter & aliter condita & bene præparata offeratur. Benevolè igitur hanc qualemcunque Viris Litteratis serviendi operam acceptate: Deus autẽ ter Optimus annuat votis, unà cum strena oblatis, ut in hac Catena Temporum omnia fausta pariter DD. Sodalibus Marianis, quoad vixerint, prosperè eventura, colligentur.

INDEX

INDEX MATERIARVM
CATENÆ TEMPORUM VETERIS TESTAMENTI.

Ante Diluvium.

SERIES I. Filij Dei & filij hominũ p. 3.
SERIES II. Religio & pertinentia ad Religionem p. 4.
SERIES III. Res supra naturam p. 4.
SERIES IV. Regna p. 5.
SERIES V. Bella p. 5.
SERIES VI. Scientiæ p. 6.
SERIES VII. Artes & inventa p. 6.
SERIES VIII. Res memorabiles p. 7.

Post Diluvium.

SERIES I. Patriarchæ, Judices, Reges Duces, Magistratus Hebræorum p. 9.
SERIES II. Hebrææ Religionis incrementa & damna p. 17.
SERIES III. Humani generis divisio & politica Hebræorum p. 25.
SERIES IV. Res supra naturam p. 33.
SERIES V. Monarchæ ante Christum natum p. 40.

SE-

MATERIARUM.
SERIES VI. Regna & Respublicæ in Græcia ante Christum p. 47.
SERIES VII. Regna & Principatus extra Græciam pag. 56.
SERIES VIII. Bella ante Christũ p. 65.
SERIES IX. Disciplinæ severiores, Philosophia, Mathematica &c. ante Christum p. 73.
SERIES X. Jurisprudentia & Medicina pag. 81.
SERIES XI. Historici Sacri & Profani, & litteræ Humaniores p. 88.
SERIES XII. Artes & nova inventa p. 97
SERIES XIII. Natales urbium & architectura pag. 105.
SERIES XIV. Personæ celebres & res memorabiles pag. 112.

INDEX MATERIARVM.

CATENÆ TEMPORUM TRIPARTITÆ NOVI TESTAMENTI.

PARS PRIMA

Sacra & ea complectens quæ ad Orthodoxam Religionem pertinent.

SE-

INDEX

SERIES I. Romani Pontifices p. 123.
SERIES II. Præcipuæ in Romani Pontificis historia controverſ. p. 133
SERIES III. Romani Pontificis in Eccleſia poteſtas, Magiſterium, & Veneratio p. 140.
SERIES IV. Romanorum Pontificum & S. R. Eccleſ: Cardinalium ritus & vices p. 150.
SERIES V. Perſecutiones inſigniores Eccleſiæ, & in eis fidei teſtes pag. 159.
SERIES VI. Concilia generalia & Provincialia pag. 167.
SERIES VII. Sanctitate clari in utroque ſexu pag. 180.
SERIES VIII. Propagatio fidei & bella ſacra pag. 188.
SERIES IX. Ritus ſacri inducti, vel antiquati pag. 196.
SERIES X. Sacer cælibatus & Ordines Religioſi pag. 206.
SERIES XI. Miracula in teſtimonium fidei pag. 215.
SERIES XII. Schiſmata, contentiones, abuſus in Eccleſia p 223.
SERIES XIII. Hæretici p. 232.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MATERIARUM.

PARS SECUNDA.

CATENÆ NOVI TESTAMENTI

COMPLECTENS.

Politica, Bellica, fortuita.

SERIES I. Imperatores Romanorum pag. 242.

SERIES II. Romani Imperij & Italiæ vices, Reſpublicæ & Principatus pag. 158.

SERIES III. Romæ vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio p. 269

SERIES IV. Reges Galliæ & Regni illius viciſſitudines p. 278.

SERIES V. Hiſpaniæ Reges p. 286.

SERIES VI. Variorum Regnorum & Principatuum per Europam initia pag. 295.

SERIES VII. Regna & viciſſitudines Regnorum extra Europã p. 305.

SERIES VIII. Bella memorabiliora pag. 313.

SERIES IX. Prælia & Præliorum eventus celeberrimi pag. 322.

Seri-

SERIES X. Belli Duces nobiliores p. 331
SERIES XI. Casus Tragici & calamitates publicæ p. 341.
SERIES XII. Motus elementorum & signa de cælo p. 350.
SERIES XIII. Res memorabiles tum sacræ, tum profanæ p. 358.

PARS TERTIA.

CATENÆ TEMPORUM NOVI TESTAMENTI.

Complectens, Litteras, artes, Litteratos & artifices, nova inventa & Vrbium Natales.

SERIES I. Scholæ, Academiæ, litterarum incrementa, & detrimenta pag. 368.
SERIES II. Theologia Positiva & SS. Patres p 377.
SERIES III. Theologia Contentiosa, suspecta P. P. Scripta, Scholastici & Morales p. 386.
SERIES IV. Jus Canonicum, Civile & legumlatores p. 398. Se-

MATERIARUM

SERIES V. Philosophia p. 407.
SERIES VI. Medicina & Medici insigniores p. 415.
SERIES VII. Mathematica & Matheseos cultores p. 422.
SERIES VIII. Historia & Chronologia pag. 430.
SERIES IX. Rhetorica, Oratoria, Poësis pag. 439.
SERIES X. Philologia, usus linguarum & Grammatica p. 447.
SERIES XI. Nova inventa & artifices nobiles p. 455.

AUCT:

AUCTORES PRÆCIPUI.

Ex quibus hæc Catena collecta, ut minori errandi periculo publico commodo servire possit.

Baronius
Salianus
Petavius
Spondanus
Labbæus
Rainaudus
Gualterius
Huetius &c.

Et alij quidam quorum nomina subinde adduntur.

CATENA TEMPORUM VETERIS TESTAMENTI

Ab Orbe Condito

Usque ad natum Christum

Anno MMMM LIII.

CHRONOTAXIS

Ea complectens quæ ante universale diluvium contigerunt, ab orbe condito usque ad 1656.

Homo innocens in terrestri Paradiso felix.

IN primo temporum & rerum exordio Deus, cœlo, terra, & animantibus, cæterisque ad eorum ornatum conditis sextâ tanti operis die formavit hominem, corpus ex luto fingens & animam ex nihilo illique nomen indidit Adamum appellando, E campo postmodum Damasceno in, quo creaverat, in amæniſſimos voluptatis hortos divinâ manu consitos, terrestrem Paradisum dicimus, Adamum transtulit, & è dormientis costâ Evam eduxit, quam illi vitæ & thori

sociam adjunxit, ut beatè viverent, & nullo pœnarum mortisq; metu genus humanum propagarent, si Deo obtemperantes vetitæ arboris fructibus abstinerent.

Homo post culpam reus, extra Paradisum miser.

VErùm intra dies omninò paucos, ut plerique opinantur, Adamus divinam legem neglexit, non tam vetiti pomi specie, quàm illecebrâ inductus uxoris, à callidissimo animantium omnium serpente deceptæ; propterea pavidus & pelle ovinâ contectus, unà cum uxore socia felicibus hortis in perpetuum expulsus, morti, cæterisque miserijs, quæ mortalem conditionem comitantur, objcitur, & secum in eundem casum omnem posteritatem trahit.

Primo infelicis exilij anno Adamus Cainum genuit, secundo Abelem: Sed hoc per invidiam à fratre interempto, Setho ad solamen est auctus. Hinc impia Caini, & pia Sethi progenies extitit, quare hi filij Dei, illi hominum filij sunt appellati: Ex his in duas sive gentes, sive sectas divisum est genus humanum usque ad terrarum omnium eluvionem.

Adam vixit annos 930. Eva annos 940.

SERI-

SERIES PRIMA.

Filij DEI.

Ab an. m. 1. ad an. 1656.

SEth filius Adæ natus an. 131. vixit 912. mortuus est 1042.

Enos Sethi f. n. 236. v. 905. m. 1140.

Cainan l. Enos f. n. 326. v. 910. m. 1235.

Malaëleel Cainani I. f. n. 396. v. 895. m. 1290.

Jared Malaëleelis f. n. 461. v. 962. m. 1422.

Henoch Jareddi f. n. 623. translatus à Deo 987.

Mathusalem Henochi f. n. 688. v. 969. m. 1656.

Lamech Mathusalemi f. n. 875. v. 777 m. 1651.

Noë Lamechi f. n. 1037 v. 950. m. 2006.

Sem Noë f. n. 1559. v. 600. m. 2158.

Cham & Iaphet Noë filij ante diluvium nati, sed eorum tempora in sacris litteris non designantur.

Filij Hominum ab an. 1. ad an. 1656.

CAin Adæ f. n. 1. m. 701. ut aliquibus visum: nam sacræ litteræ tum illius tum posterorum tempora omnino silent.

Henoch Caini filius.

Irad Enochi f.

Maviael Iradi filius.

Ma-

Mathusaël Maviaëlis f.
Lamech Mathusaelis f.
Ab hoc primò videtur Polygamia *inducta.*
Jabel & Jubal Lamechi ff. ex Ada
Tubalcain Lamechi f. ex Sella.

SERIES II.

Religio ab An: 1. *ad an.* 1656.

ADam filios Dei cultum imprimis & Sacrificandi ritus edocet.
Abel ob singularem Religionem & innocentiam Deo gratus;
Seth primus & egregius divini cultûs propagator.
Enos primus solenniores statasque ceremonias in divino cultu adhibuit, hinc dictus est primus invocasse nomen Domini.
Enochus Sethi trinepos ob summam cum Deo familiaritatem divinitus est ex hominum cætu & oculis raptus.

SERIES III.

Res supra naturam ab an. 1. *ad an.* 1656.

SAcrificium Abelis certo signo Deus probat,

bat, sive ignis è cælo dimissus, sive fumus rectâ in cœlum tendens id fuerit, non liquet.

Caino post fratricidium terra innocentis imbuta sanguine visa est fruges negâsse, & pse ultrice sceleris conscientiâ post Dei minas profugus erravit.

SERIES IV.

Regna ab an. 1 ad an. 1656.

ADam genus humanum Patris potius more quàm principis potestate rexit, quamdiu illi filij nepotesque paruêre.

Si quæ fuerunt ante diluvium regna, ea intra unius oppidi aut agri limites finiebantur.

Cain primus Henochiâ conditâ & de filij nomine dictâ videtur in ea regnasse.

SERIES V.

Bella ab an. 1. ad an 1656.

BEllis præluſit Abelis cædes à Caino invidiâ impellente patrata.

Cæterùm fuisse inter Cainitas & reliquos Adamitas bella non immeritò plurimi suspicantur.

Certè tubas & arma belli instrumenta ante terrarũ eluvionem inventa novimus.

SERIES VI.

Scientiæ ab an. 1. ad 1656.

SCientiarum saltem principia seu rudimenta Adamo divinitùs indita, ab eo traduntur filijs, & nepotibus, à quibus ad posteros propagantur.

Si Psalmos Adam composuit, uti tradunt Talmudici: quibus videtur assentiri *Genebrardus*, non hominum magis quàm poëseos pater dicendus est.

Quin & ab alijs ante terrarum eluvionem sacris hymnis, canticis, & psalmis, Dei laudes, victorias, & res prosperè gestas fuisse celebratas docet Huetius *in demonstrat: Evangelic:*

Inventas à Setho litteras opinantur aliqui, quod dubio procul certissimum foret, si verum esset, quod aliqui ex gravissimis Patribus tradidêre: Scriptum scilicet ab Enocho librum, quem apud Æthiopes asservari scribit *Genebrardus*.

SERIES VII.

Artes & Inventa ab an. 1, ad 1656.

PRimus inter homines Pastor Abel: Cain primus Agricola: Lamech primus Venator.

nator. Ars effodiendi metalla vel præcessit agriculturam, vel cum ea nata est, ut rectè Aristoteles *lib.* 1. *cap.* 2. *Oeconom.*

Iabel Pastoritia tabernacula, Iubal musicam, & ejus Instrumenta, Noëma Lanificium ac texturam invenit.

Tubalcain ferrariam peritiùs exercuit.

Henochia prima inter urbes à Caino condita, cui ab Henocho filio nomen dedit.

Artem nauticam primus divinitùs edoctus est Noë, cùm jussus est arcam ædificare.

Nugatur Zozimus Panoplites affirmans Chymicorum artes hominibus ab Angelis traditas esse, cùm hi mulieres adamâssent.

SERIES VIII.

Res memorabiles ab an. 1. ad 1656.

PEr hæc primæva mundi tempora Deo vires naturę confirmante fœminæ binos fere semper enitebantur, ut plerique SS. Interpretes opinantur.

Quare anno mundi quo cæsus est Abel, magnam jam partem terrarum frequentatam fuisse docet eruditè *Bonfrer. in cap* 4. *Gene:*

Cainus in sylva pro fera habitus à Lamecho abnepote occisus est.

Sethi gens connubijs cum Caini gente

junctis, gigantes progenuit, homines & corporis mole & morum improbitate perinsignes. Quæres Deum ad terrarum omnium eluvionem impulit.

Diluvium Vniversale.

Noë an. 1556. quingentesimum annum agens monetur à Deo de immittenda terris omnibus eluvione, jubeturque arcam fabricare, in qua ipse cum filijs possit asservari. Illa centum annorum spatio perfecta est, longa, Deo ita mandante, cubitos 300. lata 50. & alta 30.

Anno 1656. Deo jubente immissis in Arcam omnis generis animantibus ingressus est Noë cum uxore suâ, tribusque filijs Sem, Cham, & Iaphet ac nuribus pari numero. Hinc perpetuis 40. dierum effusis imbribus omnia merguntur aquis, & nihil usquam hominum cæterorumq; animantium reliquum in terris fit, præter id quod Noëmus Dei monitu asservârat ad sobolem.

Noë porro cum suis in arca latuit 375 dies.

Advertat lector, quòd ob angustias compendiariæ notæ adhibeantur quales sunt A. C. ante Christum. F filius FF. filii. Fr. Frater, FFr. Fratres, N natus, V. vixit, M. mortuus, P. Pontifex, R. Rex, r. regnat vel regnavit, M. mensis, M. martyr, E Episcopus, D. Dux, C. Cardinalis.

CHRO-

CHRONOTAXIS

Earum rerum, quæ post diluvium contigerunt ab ann. 1657. ad an. 4053. sive ad Christum natum.

SERIES PRIMA

Abrahami Progenitores:

Patriarchæ & Magistratus Hebræorum.

AB an. 1657. ad 2039 progenitores Abrahami vixerunt:

Arphaxat Semi f. n. 1659. v. 438.
Cainan II. n. 1694. v. 360.
Sale. n. 1724. v. 423.
Heber n. 1754. v. 464.
Phaleg. n. 1788. v. 239.
Reu seu Ragau. n. 1818. v. 239.
Sarug n. 1850. v. 230.
Nachor n. 1880. v. 148.
Thare. n. 1929. v. 205.

Ab an. 2039. ad an. 2300.

PATRIARCHÆ HEBRÆORUM.

ABraham Thare fil. n. 2039. v. 175.
Isaac f. n. 2139. v. 180.

Rebec-

Rebeccam duxit an. 2179.

Jacob Isaaci f. n. 2199. v. 147.

Ruben, Simeon, Levi, Iudas, Dan, Nephtali, Gad, Aser, Isachar, Zabulon, Ioseph, Benjamin, ex duabus uxoribus Lia & Rachele patre Labano nati, & ex duabus ancillis Zelpha & Bela.

Levi Jacobi f. n. 2285, v. 137.

Ab anno 2300. ad 2500.

Caath f. Levi. n. 2318. v. 133.

Amram Caath fil. n 2381. v 137.

Aaron Amrami f. n. 2461. v. 122.

DUCES HEBRÆORUM.

Moses Aaronis frater n. 2464. v. 120.

Josue filius Nun n. 2491. v. 110.

Ab an. 2500. ad 2600.

IUDICES HEBRÆORUM.

Josue à 2584. ad 2600.

Succesſit Mosi annum agens 94. & quamvis Ducis potiùs quàm Judicis nomine Hebræis per annos 17 præfuerit, iis nihilominus adnumeratur.

Ab an: 2600. ad 2700.

Othoniel à 2600. ad 2640. per an. 40.

Aod ad 2720. per an. 80.

Qui plures eodem tempore apud Hebræos judices fuisse docent, vel aliena à scriptura, vel parum

parum consona Sacris litteris docent.

Falli videntur, qui post Aodum inter judices Samgarum numerant.

Ab anno 2700. ad 2800.

Debbora Prophet: ad 2760. per an. 40.

Fœmina supra viros fortis, Lapidothi uxor, sub palma jus populo dicere solita.

Gedeon ad 2800. per an. 40.

Jerobaal etiam cognominatus est, ex qua voce corrupta *Hierombalus* dictus est ab aliquibus historicis.

Ab anno 2800. ad 2900.

Abimelech ad 2803. per an. 3.
Thola ad 2826. per an. 23.
Jair Galaadites ad 2848. per 22.
Jephte ad 2854. per an. 6.
Abesan ad 2861. per an. 7.
Aialon ad 2871. per an. 10.
Abdon ad 2879. per an 8.
Samson ad 2899. per an. 20.

Ab anno 2900. ad 3000.

Heli Judex & Pontifex simul ad ann: 2939. per an. 40.
Samuel ad 2962. per an. 22.

Hebraei, Regem petunt & impetrant anno mundi 2962.

RE.

REGES HEBRÆORUM.

Saul f. Chusi ad 2979. per an. 18.
Primus Regum Oleo sancto unctus.
David f. Iai ad 3021. per an. 42.

Ab anno 3000. ad 3100.

Salomon Davidis fil. ad 3059. per 40.
Roboam Salomonis f. ad 3060. per an. 1.
Ab anno 3060. tribus Iuda & Beniamin Roboamo, reliqua ab eo deficientes Ieroboamo paruerunt, & hinc Hebræorum regnum in duo diuisum est.

Reges Iuda	*Reges Israël.*
Roboam ad 3076. per 16	Jeroboam ad 3081. per an. 21.
Abias ad 3079 per 3	Nabad ad 3082. per 1
Asa ad 3121. per 41.	Baasa ad 3105 per 23

Ab anno 3100. ad 3200.

Reges Iuda.	*Reges Israël*
Josaphat ad 3145. per 25.	Ela ad 3106. per 1.
an. 3143. filium adscivit,	Zambri dies 7.
Joram ad 3250 per 6	Amri ad 3117. per 11.
Ochozias ad 3151. per 6.	Achab ad 3138. per 22
Athalia Jorami uxor ad 3157. per 6.	Ochozias ad 3138. per 1.
Joas ad 3296. per 40	Joram ad 3151. per 12.
	Jehu ad 3179. per 28.
	Joachatz ad 3195. per 16.

Ab

Ab an. 3200. ad 3300.

Reges Iuda	*Reges Israël.*
Amasias ad 3225. per 29.	Joas ad 3211. per 16.
Ozias ad 3277. per 52.	Ieroboam II. ad 3251 per 41.
Ioatan ad 3293. per 16.	*Interregnum* 11. *annorum.*
Achaz ad 3308. per 14.	Zacharias 3262. per mens. 6.
	Sellum mens. 1.
	Manahen ad 3274. per 10.
	Phaceias ad 3277. per an. 2.
	Phacee ad 3297. per 20.

Ab an. 3300 ad an. 3400.

Reges Iuda	*Reges Israël*
Ezechias ad 3338. per an. 29.	Oseas ad 3314. per an. 18.
Manasses ad 3392. per an. 55.	*Post Romam conditam anno decimo quarto regnum Israëliticum à Ieroboamo institutum per rebellionem & impietatem post annos 255. eversum est.*
In Regno impius, captivus resipiscit.	
Amon ad 3394. per 2.	
Manassis parentis furores excessit.	

Ab an. 3400. ad an. 3500.

Josias ad 3425. per annos 31.
Joachaz 3425. men: 3.
Joakim ad 3436. per an 11.
Jechonias m. 3.
deinde Babylone vixit ad annum 3475.
Sedecias ad annum 3446. per an. 11.
Hebræi apud Chaldæos captivi toto servitutis tempore principes & judices suæ gentis habuêre, à quibus regebantur; & hi videntur fuisse Jechonias olim Rex, & Salathiel ejus filius.

Ab an. 3500. ad an. 3600.

Cùm Cyrus Hierosolymam redeundi & templi instaurandi Judæis potestatem fecisset an. 3516. Sacra expeditionis Dux fuit Zorobabel Salathielis filius ad an. 3567. per an: 51.
Joacimus Dux & Pontifex ad 3589. per annos 22.
Eliasib D & P. ad 3595. per an. 6.
Postea tantùm Pontifex veniente Esdrâ.
Esdras D. à 3596. ad 3600.

Ab an. 3600. ad 3700.

Nehemias D. ad 3629. per 28.
Jojadas D. & P. ad 3649. per 20.
Jonathas D. & P. ad 3689. per 40.
Jaddus D. & P. ad 3730. per an. 41.

Ab an: 3700. ad 3800.

Onias I. D. & P. ad 3753. per an. 24.
Simon I. D. & Pontifex ad 3765. per an. 12.
Eleazar D. & P. ad 3797 per an. 32.
Manasses D. & P. ad 3807. per an 9.

Quamvis post Hierosolymam ab Alexandro captam Judæorum summum imperium penes alienigenas fuerit, præcipuæ tamen sub illis partes in administranda republica fuerunt penes Pontifices, quos idcirco Duces jure appellamus.

Ab an. 3800. ad an. 3900.

Onias II. D. & P. ad 3821. per an. 14.
Simon II. D. & P. ad 3846. per an. 25.
Onias III. D. & P. ad 3882. per 36.

Anno 3879. Iason Onia frater Pseudo-Pontifex, & post eum Menelaus, Lysimachus, Alcimus omnia subvertunt.

* * *

MACHABÆI dicti Assidei, hoc est Sancti mox corruptâ voce Assamonai.

Mathathias Pater Judæ D. & Pontifex 3888. per 1. an.
Judas Mathathiæ F. D. & P. ad 3894. per 6.
Jonathas D. & P. ad 3912. per an. 19.

Ab an. 3900. ad an. 4000.

Simon D. & P. ad 3919. per an. 8.
Joannes Hyrcanus D. & P. ad 3950. per 31.

Proprij Reges iterum dominantur Hebræis.

Aristobulus Rex & Pontifex 3950. per 1.
Alexander Jannæus R. & P. ad 3975 per 26.
Hyrcanus R. & P. ad 3988 per annos 13.
Aristobulus II. R. & P. ad 3991 per an 3.
Pulso fratre mox dejectus à Pompejo.
Hyrcanus iterum ad 4024. per an 49.
Cùm per annos plures unà cum Antipatro Herodis I. *patre, & eodem Herode Tetrarcha Regnum administrâsset, hujus tandem jussu interemptus est.*

Ab an. 4000. ad an. 4053.

Antipater *Herodis* I. *Patr Iudæa procurator à Cæsare constituitur* 4007.
Herodes I. Ascalonita Judææ Tetrarcha 4012. Mox Rex dictus an. 4014. regnare incipit an 4017. ad 4054. per annos 37.
Herode regnante natum esse Christum generis humani reparatorem, Sacro id Evangelistâ tradente, fatentur omnes: verùm de nativitatis anno variæ Chronologorum sententiæ. Labeus Salianus, alijque non pauci annum Herodiani Regni 37. statuunt.

SE-

SERIES SECUNDA.

Hebrææ Religionis incrementa & damna post diluvium usque ad Christum natum.

Ab anno 1657. ad 2039.

SUbsidentibus aquis, & Deo jubente Noë cum tribus filijs prodijt ex arca, Deoque gratias egit.

Ninus templum & simulacrum Belo Patri consecrat. Id Baal existimatur 1944. hinc in vetustissimis Idolis Beli nomen licet agnoscere, ut in Bealphegor, Belial, Beelzebub &c.

Ducentis circiter post diluvium annis Idolorum cultus per imagines hominum venerationi propositas initium habet, crescitque plastice inventâ per Thareum Abrahami Patrem.

Ab anno m. 2039 ad an. 2300.

Abraham ex Ur Chaldæorum evocatur futurus veræ Religionis parens 2108.

Melchisedech Rex Salem & Sacerdos occurrit Abrahamo Victori. Is decimas Sacerdoti solvit an. 2118.

Circumcisio à Deo imperatur Abraha-

mo 2125. Moab Moabitarum, Amon Amonitarum parens naſcuntur ex inceſtu ebrij Lothi cum filiabus 2139.

Iſaac in monte Moria ſiſtitur immolandus 3163. Eſau. Et Jacob *

Ab anno. 2300. ad an. 4500.

Joſeph fruſtra ſolicitatus ab hera, nobile exemplum caſtitatis 2316.

Phares & Zaram Iudæ filij ex Thamar Chriſti progenitores 2328.

Jacob ſanctè moriens filiis bene precatur 2345.

Iob ex Zara filio vel nepote Eſau ſanctimoniâ clarus, ærumnarum per patientiam victor in fine ſæculi 24.

Ab anno 2500. ad an. 2600.

Agni Paſchalis eſus Deo jubente 2544.

Phaſe ſive Paſcha, ſolemneſque Azimorum feriæ à Moſe inſtitutæ, partæ libertatis monumentum.

Lex à Deo per Moſen data ad Sinam montem 2544. Vitulus aureus 2544.

Aaron primus Hebræorum Pontifex & filij eius conſecrantur 2545.

Eleazarus filius Aaroni in Pontificatu ſuccedit 2583.

Primus annus Sabbaticus 2595.

Ab an. 2600. ad 2700.

Pontifices, Phinees * Abiſue *

Cineo-

Cineorum migratio amore solitudinis. *Erant Cinei eorum quodammodo temporum religiosi.*

Michas Idoli auctor, quod Israëlitæ nonnulli præsertim ex tribu Dan usque ad Samuelis tempora coluerunt.

Primus annus Iubilæus 2637.

Hebræi cum propinquis Chananæis, Hethæis aliisque connubia jungentes, eorum Deos colunt, Othoniele & Aodojudicibus.

Ab anno 2700. ad 2800.

Pontifices: Bocci * Oza * Zaraias *

Sub extremis Aodi Iudicis annis, vel statim ab ipsius obitu, Israëlitæ ad Idolorum cultum declinant.

Mortuis Debborâ & Baraco rursus Deorum simulacra colunt Hebræi.

Baal à Gedeonis patre adoratur.

Ab anno 2800. ad 2900.

Pontifices: Neraroth * Amarias, qui fuit postremus è posteris Eleazari: eo enim mortuo successit Heli è nepotibus Ithamaris, quem Aaron secundo loco genuit. Baalim & Astaroth adorantur ab Hebræis.

Ruth uxor Booz, mater Obed, avia Davidis Regis

Iephte victis Amonitis voti reus filiam mactat 2849.

Ab anno 2900. ad 3000.

Pontifices: Heli primus è posteris Ithamaris * Achitob * Achimelech * Abiathar.

Saul divinitus electus in Regem, contra divinum præceptum parcit Agago, & rejicitur.

Achimelech Pontifex cum 83. Sacerdotibus jussu Saulis, cæditur 2963.

David post adulterium & Uriæ cædem monitus à Nathano propheta resipiscit 2999.

Ab anno 3000. ad 3100.

Pontifices iterum è posteris Eleazari Sadoc* Achimaas* Azarias* Nathan Davidis filius, à quo Christi genealogia ducitur.

Salomon templi fundamenta ponit 3023. absolvit 3030.

Festum primæ dedicationis templi

Salomon amat alienigenas, Diis templa & aras erigit 3054.

Ieroboam aureos vitulos adorandos proponit 3061.

Ab anno 3100. ad 3200.

Pontifices: Ioanan * Azarias * Amarias* Iojadas * Pedaias *

Achab ducta Iezabele templum erigit Baali 3117. Iezabel furit in sacros vates. Iosaphatus religionem restituit 3122.

Elias

Elias * Eliſæus * Ionas * vaticinio & Sanctimoniâ clari. Poſtremus mittitur ad Ninivitas 3168.

Eliæ diſcipuli in monte Carmelo.

Rechabitæ, qui & Cinei, religioſorum typus, à Ionadab filio Rechab inſtituti. S. *Hieronymus.*

Ab anno 3200. ad 3300.

Pontifices: Sedecias * Azarias * Ioatham * Achitob.

Ozias Rex cæteroqui pius & religioſus Excelſa, hoc eſt falſorum Deorum templa non aufert.

Amos * Oſeas * Ioël * Iſaias * vaticinantur regnante Ozia.

Micheas futuram ſub Aſſiriis captivitatem prænunciat.

Ab an: 3300. ad 3400.

Pontifices: Achitob * Merajoth * Sadoc * Salomon *

Achatz ab avita religione abhorrens clauſo templo Baali, & Diis aliis aras paſſim excitat, & liberos luſtrat igne.

Ezechias pietate inclytus urbem à paternis ſuperſtitionibus expiat, & templum ornat.

Sanctimoniâ clari florent Tobiæ duo in Aſſyria captivi * Iſaias * Iuditha *

Novi

Novi Samariæ coloni Ethnicorum ritibus Sacra Hebræorum inficiunt.

Ab anno 3400 ad 3500.

Pontifices, Helcias * Azarias * Saraias * Iosedecus *.

Iosias, Rex res Religionis instaurat.

Ieremias Propheta in Ægypto futuras populi calamitates prænuncians lapidibus obruitur.

Daniel *, Ezechiel *, tres pueri captivi apud Chaldæos * Mardochæus & Esther apud Medos pariter captivi florent.

Sinagogæ institutæ tempore captivitatis Babylonicæ.

Festum *Purim* institutum Hebræis ab Amanis insidiis liberatis per Estherem.

Ab anno 3500. ad 3600.

Pontifices Iosue, seu Iesus * Ioacim * Eliasib *

Cyrus templi sacra vasa restituit 2516.

Templum Hierosolym: primò instauratur anno 3517.

Resa & Abiud filii Zorobabelis, ex quorum primo Deipara, & ex secundo S. Ioseph originem ducit.

Aggæus * Zacharias * Malachias Prophetæ florent.

Danielis hebdomadæ incipiunt 3600.

Ab

Ab anno 3600. ad 3700.

Pontifices: Iojadas * Ionathas * Ieddoa seu Iaddus *

Cùm Hierosolymam venisset Nehemias, renovata est diu intermissa Scenopegiæ solennitas 3601.

Esdras Sacros libros, qui intercederant immutatis Hebræis litteris in lucem profert.

Nehemias redux è Perside Divinum cultum, templi honorem, Levitarum ministeria, legitima conjugia ex divina lege componit anno 3629.

Ab anno 3700. ad 3800.

Pontifices ijdem, qui Duces.

Alexander M. in templo Hierosolym. Deo vero victimas immolat 3722.

Sanaballetes à Dario ad Alexandrum deficiens, hoc permittente templum erigit Samariæ in monte Garizim, cui præerat; hinc inter Judæos & Samaritanos æterna discordiarum seges.

Græcis primò & mox Romanis imperantibus Pontificatus factus est Principum arbitrio paucorum annorum, imo & annuus.

Ab anno 3800. ad 3900.

Pontifices ijdem, qui Duces.

Ptolo-

Ptolomæus Philopater minis & pœnis Judæos ad Ægyptiacos ritus compellit 3739.

Iason, Menelaus, Lysimachus Ethnicos ritus inducunt, Antiochus Epiphanus templum prophanat. Templum ponit Iovi Hospitali in monte Garizim 3881.

Eleazarus, Salomona mater, & septem filij Machabæi pro religione fortiter obeunt 3887.

Mathathias Iudæum Diis thus adolentem interficit 3888, fitque Dux & Pontifex.

Tertia dedicatio altaris per Iudam Machabæum instaurati 3889.

Ab anno 3900 ad 4000

Pontifices ijdem, qui Duces & Reges.

Iudæi & Samaritæ pro templo litigant ante Ptolomæum Philomet: Victoria Iudæis cedit 3906.

Pharisæorum secta oritur ante Christum 140.

Saducæi hæretici apud Hebræos.

Essæi sive Esseni Samaritanorum secta, cujus origo incerta: plura cum Pythagoreis & Stoicis habens communia *Ioseph lib. 10. antiq. cap. 13.* ex his postea multi Christianis accessere.

Ioannes Hyrcanus Samaritanum templum destruit 3925.

Ab anno 4000 ad 4053.

Pontifices ijdem, qui Reges.

Sina-

Synagogæ paulò ante Christum natum 480. numerabantur.

Joseph Deiparæ Mariæ Sponsus.

Templum ab Herode instauratum, ejusque quarta dedicatio instituta 4030.

Maria Virgo Deipara filia Ioachim & Annæ nascitur 4039.

JESUS CHRISTUS DEI Filius nascitur an. 4053. die 25. Decembris.

Sanctimoniâ florent Simeon senex & Anna prophetissa.

SERIES TERTIA.

Humani generis divisio & Politica Hebræorum post diluvium usque ad Christum natum.

Ab an. mundi 1657. ad 2039

NOë filiis & nepotibus terras dividit. Iapheto Scythia & Europa: Chamo Syria, Ægyptus & Africa: Semo Assyria, India & reliqua Asia obveniunt.

Sublato per confusionem linguarum commercio Babylonicæ turris ædificatio abjecta est, gentes divisæ sunt, & terra cœpit ubique frequentari.

E filijs nepotibusque Noëmi alij aliarum gentium parentes, Hebræorum à S. Augu-

stino & aliis censetur Heber, à quo Heberæi primò, mox Hebræi sunt appellati.

Ab anno 2039. ad 2300.

Abraham in Palæstinam cum Sara uxore Nachoris filia, Lothi nepote 2114.

Loth ob jurgia inter Pastores dividitur ab Abrahamo 2116.

Ismaël & Agar pelluntur 2144.

Esau primogeniti jura vendit 2218.

Jacob fugit in Mesopotamiam, ibique apud Labanum avunculum oves pascit 2276.

Jacob redit & conciliatur cum Esau 2296.

Esau ducit alienigenas; unde religio corrupta 2238.

Ab anno 2300 ad 2500.

Dinæ vis illata, & hinc pugna cum Sichimitis 2305.

Ioseph per invidiam à fratribus venditur 2306.

Joseph Ægypto præficitur 2319.

Jacob cum filiis in Ægypto 2329.

Hebræi primò regebantur per Patriarchas, penes quos erat imperium in gentem.

Amenophis Pharao sævit in Hebræos 2451.

Moses è flumine à Thermuti Pharaonis filia in aulam inductus 2464.

Ab

Ab anno 2500. ad 2600.

Moſes fugit ex aula 2505.

Exitus Iſraëlis ab Ægypto 2544.

Exploratores ex Phara ſolitudine miſſi in Palæſtinam 2545.

Iſraëlitæ in ſolitudine per annos 40.

Tribunal primarium Synedrium à Moſe, Jethri conſilio, inſtitutum.

Felicia Hebræorum bella in Palæſtina Ioſue Duce.

Victoribus Iſraëlitis Palæſtina dividitur.

Ab anno 2600. ad 2700.

Othoniel Adonizedecum captum mutilat 2601, & populum reſipiſcentem vindicat in libertatem.

Hiſtoria Michæ Levitæ, & clades tribûs Beniamin 2620.

Servitus prima Hebræorum ſub Cuſano ab an. 2623. ad 2631. per annos 8.

Liberantur ab Othoniele.

Servitus ſecunda ſub Eglone Moab. an. 18. ceſſat occiſo per Aodum tyranno 2669.

Ab anno 2700. ad 2800.

Samgar Philiſtæos ſexcentos vomere interficit ſub Aodo.

Iudæorum ſervitus ſub Iabino Chananæo à 2721. ad 2740. à qua liberantur victo per Debboram & Baraccum Siſarâ, cujus tempora trabali clavo Iahel trajecit. Ma-

Madianitis annis 7. serviunt Hebræi & liberantur à Gedeone 2768.

Ab anno 2800. ad 2900.

Abimelechus Gedeonis filius cæsis 70. fratribus tyrannidem occupat 2801.

Quarta Hebræorum servitus sub Ammonitis per annos 18. ab anno 2832.

Jephte Amonitas prælijs vincit & populum liberat à servitute 2849.

Samson Dalilâ, quam deperibat, prodente, amissis cum coma viribus Philistæis hostibus traditur, à quibus oculis orbatur 2898.

Ab anno 2900. ad 3000.

Ophni & Phinees Heli filij cæduntur in prælio à Philistæis, capitur Arca, Heli obit ex casu 2959.

Israëlitæ Philistæos vincunt in Maspha 2960.

David in Monomachia Goliam interficit 2971.

Saul de Amalecitis & aliis victor, à Philistæis victus seipsum confodit 2979.

David feliciter præliatur ab anno 2991. ad 2996.

Ab anno 3000. ad 3100.

Absalon Ammonem fratrem interficit 3002.

Davi-

Davidem patrem Absalon regno pellit, sed mox, dum fugiens crinibus pendet è quercu, à Ioabo confoditur 3009.

David movet in Philistæos, illosque quatuor præliis profligat à 3012. ad 3014.

Asa Zaram Æthiopiæ regem vincit, & ingenti prædâ potitur 3094.

Ab anno 3100. ad 3200.

Zambri Elæ temulento vitam eripit, mox & ipse septem post dies ab Amri obsessus, se cum universa domo comburit 3106.

Israëlitæ Achabo regnante de Benedabo Syro bis triumphant 3134. 3135.

Mesa Moabitarum Rex obsessus filium spectantibus Hebræis mactat 3140.

Joram fratres interficit 3145.

Jehu Achabi stirpem funditus delet 3151.

Hazaël Syriæ Rex Israëlitarum regionem ferro flammisque vastat.

Ab anno 3200. ad 3300.

Joas Rex Samariæ ex vaticinatione Elisæi morientis Benedabum Syriæ Regem tribus cladibus atterit 3204

Ozias contra circumpositas gentes feliciter pugnat.

Manahen Rex Israëlis Phuli Syrorum Regi vectigalis fit.

Teglat-Phalazar victor Israëlitas in servitutem abducit 3295.

Achaz captivus apud Syros 3294.

Ab anno 3300. ad 3400.

Samaria per Salmanassarem Assyriorum Regem capta & eversa. Tribus decem cum Osea Rege in Assyrios abductæ 3314.

Manasses Assyriis armis oppressus Babylonem catenis vinctus abstrahitur 3344. mox regno restituitur.

Holofernes Assyriorum Dux in Bethuliæ obsidione à vidua Iuditha obtruncatur.

Ab anno 3400. ad 3500.

Josias Rex Iuda cum Nechaone Ægypti Rege confligit, peritque ex vulnere 3425.

Joachatz Nechaoni servit in Ægypto

Joackim & Iechonias à Chaldæis cum omni nobilitate in servitutem abducuntur 3428.

Sedecias filiis & oculis orbatus, cum populo captivus Babylone 3446.

Incipit servitus 70. annorum, quam passi sunt Hebræi apud Chaldæos.

Ab anno 3500. ad 3600.

Iudæi quamvis post impletos annos septuaginta servitutis, libertatis qualicunque imagine donati à Cyro fuerint anno 3516. verè nunquam tamen posthac sui omnino juris

juris fuêre : diu enim Persis, mox Græcis, & Romanis paruerunt.

Artaxerxes Longimanus Deo inspirante Esdram Sacerdotem & scribam in Judæam mittit 3594.

Ab an. 3600. ad 3700.

Nehemias ex Persida, ubi Regis Pincerna ejusdem gratiâ florebat, impetratâ ad id facultate in Judæam veniens, frustra obsistentibus inimicis Hierosolymæ muros intra dies 52. restituit 3600. & 3601.

Idem novis inductis tabulis inopiæ suorum consulit 3601.

Idem qui anno 3621. Regem in Persida adiêrat, Hierosolymam redit ex Persida 3629.

Ab anno 3700. ad 3800.

Judæi ab anno 3722. Græcis parent.

Andromacus Judæis præpositus ab Alexandro, ab illis occiditur 3722.

Ptolomæus Lagi filius amicitiæ simulatione Judæam occupat, captivos quàm plurimos abducit ex montano præcipuè tractu anno 3733 circiter.

Antigono Rege victo Asiæ Regna Seleuco Nicanori cedunt, ac proinde Hebræi vectigales Syriæ regibus fiunt, ab anno 3758.

Ab anno 3800. ad 3900.

Onias II. Ptolomæo Evergeti solvit 20. argenti talenta, quæ Syrio Regi pendebat 3811.

Recepta per Antiochum Magnum Judæa Græcis in Syria regnantibus iterum subditur, sed brevi tempore 3836.

Ptolomæus Philopator victo Antiocho Magno, Celæsyriâ, Phæniciâ, Judæâ potitur: quare Ægyptijs regibus Iudæi iterum parent 3837.

Antiochus Magnus potitur Syriâ & iterum Iudæis imperat 3857.

Ab an: 3900. ad 4000.

Jonathas Demetrij Nicanoris ope nixus Judæam recipit, Hierosolymam instaurat 3902.

Ejusdem cum Romanis & Spartiatis fœdus 3911.

Simon ad Demetrij partes transiens plenam Judæis obtinet libertatem, cujus annos numerare incipiunt 3912.

Jannæus epulans coram se 800. Judæos è nobilioribus cruci affigi jubet.

Judæi à Magno Pompejo domiti Romanis imposterum parent 3991.

Hyrcanus ob varias fortunæ vices dictus Pila fortunæ.

Ab

Ab an. 4000. ad 4053.

Antigonus Aristobuli filius Judææ regnum petens rejicitur à Cæsare 4007. sed Parthorum ope Hierosolymâ potitur 4014 Hyrcanus captivus abducitur.

Herodes Hierosolymam expugnat 4017.

Eodemq; anno capite plectitur Antigonus Assamonæorum postremus.

Herodes regnum adulatione partum per scelera & cœdes confirmat.

Bellum anceps contra Arabes gerit 4013.

SERIES QUARTA.

Res supra Naturam post diluvium usque ad Christum natum.

Ab anno mundi 1657. ad 2039.

IRis à Deo statuitur fœderis inter se & homines pignus.

Superbis mortalium conatibus turrim ædificantium divinum Numen obsistit, repentè una, quâ omnes utebantur, linguâ in duas & septuaginta, quot erant hominum familiæ, divinitus dispertitur.

Hebraica, quæ communis omnibus antea fuisse creditur, in Hebero mansit, à quo nomen accepit.

Ab anno 2039. ad 2300.

Deus Abrahamo felicem sobolem, possessionem Palæstinæ & Christum pollicetur.

Angeli Abrahamo prænuntiant incendium Sodomorum 2139. & igne cœlesti pereunt quinque urbes famosæ.

Eximitur Loth & uxor cum filiabus ab incendio.

Uxor Loth, quòd contra Angeli educentis præceptum respexisset, in statuam salis est conversa.

Iacob Dei speciem videt in quiete, è summis scalis Christum pollicentis 2276.

Ab an. 2300. ad 2500.

Joseph ob divinam conijciendorum somniorum solertiam è carcere vocatur ad Imperium 2319.

Idem imminentem septem annorum fertilitatem, ac totidem sequentium sterilitatem ex Regis Ægyptii somnio præsagit 2319.

Jacobi in Ægypto soboles quamvis per labores opprimente Rege vegetior.

Ab an. 2500. ad 2600.

Prodigia à Mose patrata, vulgò decem plagæ Ægypti 2543.

Columna dux populi Hebræi.

Tran-

Transitus populi per mare rubrum ad virgæ Mosaicæ contactum divisum 2544. item Manna è cælo, aqua è rupe.

Chore, Datan, & Abiron Mosi & Aaroni obtrectantes, vasto terræ hiatu absorbentur. Sol sistitur ad imperium Iosue 2584.

Hierichuntis muri concinentibus Hebræorum tubis concidunt 2584.

Ab anno 2600. ad 2700.

Cùm tot præcedenti sæculo prodigia per Mosen & Iosue patrata fuissent, eaque adhuc à nepotibus passim celebrarentur, Israëlitæ novis ad asserendam religionis veritatem non indigebant; quare hinc fortasse factum est, ut hoc ævo nullum contigisse memoretur.

Ab anno 2700. ad 2800.

Debbora accepto divinitus per Angelum mandato Baraccum ad bellum contra Madianitas vocat 2740.

Gedeon Angelo hortante Baalis idolum, & lucum evertit 3768.

Idem roris ac velleris miraculo confirmatus per viros 300. tubis ac lampadibus armatos Madianitas profligat 2768. hi enim pugnæ insolitâ specie turbati mutuâ se cæde conficiunt.

Ab anno 2800. ad 2900.

Angelus uxori Manue Samsonis ortum prænunciat 2861. Sam-

Samson sitiens ex asini maxilla, quâ hostes trucidârat, fusis ad Deum precibus fontem elicit.

Idem receptis cum capillo viribus, domûs ejus, unde ludentem ipsum Philistæi spectabant, concussis confractisque columnis ædium ruinâ, victor hostium oppressus est.

Ab anno 2900. ad 3000.

Arca Dei apud hostes captiva ingentes hostium Diis, corporibus, agris, clades infert 2939.

Arca plaustro imposita nullo rectore à bobus in fines Hebræorum devehitur 2940.

Bethsamitarum supra 50. millia divinitus pereunt, arcâ curiosius spectatâ.

Arca transfertur in Sion. Oza illam ausus contingere illico perit 2990.

Ab anno 3000. ad 3100.

Pestis divinitus immissa ob numeratum Davidis populum, Angelo gladium condente cessat 3017.

Salomon post oblatum Gabaone sacrificium à Deo sapientiam in somnis petit, & impetrat an 3022.

Ab anno 3100. ad 3200.

Elias prodigiis clarus à 3126. ad 3139. quo raptus est igneo curru.

Joram

Joram Rex Judæ litteras accipit ab Elia 3147.

Elisæus duplici Eliæ spiritu auctus fluvium pallio scissum sicco vestigio transit. Viduæ oleum à Deo impetrat: Sunamitidis filium ad vitam revocat, aliisque miraculis fulget.

In piscis devorantis utero illæsus Ionas triduum agit 3168.

Ab anno 3200. ad 3300.

Mortuus in sepulchrum Elisæi conjectus ad vitam redit 3205.

Ozias Rex Sacerdotibus frustra reclamantibus thus incendit in templo, sed nequaquam impunè, leprâ enim divinitus affectus à sacerdotibus ejicitur 3214.

Visio mirabilis Isaiæ Prophetæ, de qua ipse capite sexto 3277.

Ab anno 3300. ad 3400.

Ezechiam de vita producenda ex divino oraculo, quod Isaias pronuntiaverat, certum factura umbra decem in horologio lineas retrocedit 3322.

Sennacheribo Hierosolymam obsidente, unâ nocte cæduntur ab Angelo 85 Assyriorum millia 3322. 185

Senior Tobias Raphaëlis Archangeli beneficio cum filio reduce lumen recipit 3336.

Ab anno 3400. ad 3500.

Daniel puer Susannam liberat 3438.

Tres pueri statuam Nabucodonosoris non adorantes conijciuntur in fornacem, sed flammæ intactos verentur 3456.

Daniel in leonum fossam dejectus, à Deo conservatur, & pascitur per Habacucum.

Nabucodonosor ferarum more degit in sylvis.

Balthasarem epulantem exarati cælesti manu Characteres terrent 3498.

Ab anno 3500. ad 3600.

Daniel objectus leonibus à Dario Medo servatur intactus 3515.

Cyro à Daniele Isaiæ vaticinium ostenditur, quo plurimos ante annos prædixerat ille, futurum, ut Cyrus Babylone potitus Judæis Hierosolymam redeundi potestatem faceret: ille voti reus Judæos dimittit, & sacra vasa templo restituit 3516.

Ab anno 3600. ad 3700.

Sacerdotes ex Babylonica servitute reduces ignem sacrum quærentes, quem ipsorum majores in ficci putei caverna occultaverant, pro eo aquam crassam inveniunt, quæ super victimas & ligna Nehemiæ jussu aspersa, sole è nubibus refulgente in ignem convertitur, quo sacrificium ritè perficitur 3609.

Ab

Ab an. 3700 ad an. 3800.

Jaddus Alexandri Magni Hierosolymam properantis iram metuens, divinitus edocetur, illi cum sacerdotibus solenniori cultu ornatis, & populo candidato obviam procedere: Alexander venerabundus Pontificem adit, & divinum in Tiara nomen adoravit 3722.

Admirandus septuaginta interpretum consensus in Græca sacrorum librorum versione, quam Ptolomæus Philad: imperaverat, videtur divinitus contigisse.

Ab anno 3800. ad 3900.

Ptolomæus Philopator dum in adyta templi tentat irrumpere, divinitus coërcetur 3837.

Judæi ab eodem Ptolomæo elephantis obterendi exponuntur in hippodromo, sed Angelorum ope servantur 3838.

Heliodorus Hierosolym: templum expilaturus ab equite cœlesti terretur 3870.

Ab anno 3900 ad 4000.

Perpetuum & omnibus notum probaticæ Piscinæ miraculum, quo aquâ per Angelum motâ, primus è languentibus in eam descendens valetudinem recipiebat, usque ad Christi tempora perdurâsse constat è sacris litteris.

Joannem Hyrcanum divino instinctu futura

tura quandoque prævidisse, narrat Josephus.

Ab anno 4000. ad 4053.

Pluribus prodigiis fuisse prænunciatum Deiparæ Virginis ortum docet communis Orthodoxorum consensus.

Angelus Joannis Baptistæ nativitatem Zachariæ thus in templo offerenti prænunciat 4052.

Archangelus Gabriel Mariæ V. Jesum ex ea intacta nasciturum annunciat 25. Martij 4053.

Judæi dæmones à corporibus obsessis pellebant: *liquet id ex 12. cap. Matthæi: idque per exorcismos è libris Salomonis desumptos factum fuisse, opinatur Genebrardus.*

SERIES QUINTA.

Monarchæ post diluvium usque ad Christum natum.

Ab anno 1657 usq; ad 2039.

NEmrodus Chami nepos, idem profanis scriptoribus Belus primus Babylone regnat 1879 per annos 65.

Ninus sive Assur fil. Nemrodi ad 1996 per an. 52. nomen hic dedit Assyriorum imperio.

Semi-

Semiramis uxor Nini ad 2038. per 42. Hæc Nino marito obeunte, eluso filio, regnum præstigijs quibusdam intervertit, & ad se transfert, sed ab eo postea, quem de incestu appellaverat, est interfecta.

Ab anno 2039. ad 2300.

Ninus filius ad 2076. an. 38.

Regni administratione præfectis permissâ in cœtu mulierum consenescit, qua in re Assyriorum reges 32 habuit imitatores, solis nominibus notos.

Arius filius Nini ad 2106. per an. 30.
Arastus ad 2146.
Xerxes seu Balæus ad 2176. per an. 30.
Armamithres ad 2214. per 38.
Belochus ad 2249. per 35.
Balæus ad 2301. per 52.

Ab anno 2300. ad 2500.

Ariathas seu Sethos ad 2333. per 32.
Mamythus ad 2363 per 30.
Ascharius ad 2391. per 28.
Sphærus ad 2421. per 20.
Mamylus ad 2451. per 30.
Spartæus ad 2481. per 30.
Asealades ad 2511 per 40.

Ab anno 2500. ad 2600.

Amyntes ad 2566. per 45.
Belochus ad 2590. per 25.

Hujus filia Adossa sive Semiramis cum patre annos 12 regnavit, & sub columbæ specie culta est à Syris. Sed hoc aliqui ad primam Semiramidem referunt.

Balatores sive Bellepares ad 2620. per 30:

Ab anno 2600 ad 2700.

Lamprides ad 2651 per 30.
Sosares ad 2671. per 20.
Lampares ad 2700. per 30.

Ab anno 2700. ad 2800.

Panyas ad 2745. per 45.
Sosarmis ad 2764. per 19.
Mithræus ad 2791. per 27.
Theutamus ad 2823. per 32.

Ab anno 2800. ad 2900.

Teuteus ad 2863. per 40.
Thineus ad 2893. per 30.
Dercylas ad 2934. per 40.

Ab anno 2900. ad 3000.

Eupales ad 2971. per 38.
Laosthenes ad 3016. per 45.

Heraclidæ Ducibus Temene, *Cteſiphonte, & Aristodemo Aristomachi filiis 2851 redeunt in* Peloponesum. Temenes *Argorum, Alethes Corinthi, Euryſthenas & Proclus Lacedæmonis potiuntur. Ex his duo ſemper* Reges *apud Lacedæmones.*

Ab

Ab anno 3000. ad 3100.

Pyritiades ad 3046. per 30.

Ophracteus ad 3066. per 20.

Ophratanes sive Ephacheres ad 3116. per 50.

Ab anno 3100. ad 3200.

Acracarnes ad 3157. per 41.

Sardanapalus seu Tonos Connoteros, quem profligavit Arbaces Medus & Belesus, ad 3178. per 20.

Hinc divisa Assyriorum Monarchia.

Arbaces victor Regnum Medorum & Persarum aliaque tenuit per an. 28.

Belesus, qui dictus est Phul-Bel-Ochus, regnum Assyriorum vicinasque regiones obtinuit per 48.

Ab anno 3200. ad 3300.

Post Arbacem apud Medos regnâsse feruntur Madauces an. 50* Sosarmus 30* Articas 50* Arbianes 22* sed omnia usque ad Deiocem incerta.

Post Belesum apud Assyrios duorum vel trium regum nomina silentur, mox memorantur Phul 43 * Teglat-Phalazar 31. ad 3309.

Sed hi fortasse prafecti vel duces, non Reges fuerunt, aliquibus visum est.

Sub initium sequentis saculi apud eosdem Assyrios novum Babylonis regnum inchoatur.

Ab

Ab anno 3300. ad 3400.

Baladan Babylonis præfectus dictus Nabonassar, deficiens se regem appellat & æræ ab eo nuncupatæ dat initium 3306.

Incipit æra Nabonassarii anno 3306.

Nabonassari succedit Merodacus in sacris litteris Nabucodonosor I. an. 3345. Benmerodacus f. ad 3707.

Apud Assyrios interim regnant Salmanasar ad 3317. per an. 8 * Sennacherib ad 3325. per 6 * Assaradon ad 3333. quo factus est vectigalis Babylonijs.

Dejoces qui & Arphaxad Medis imperat à 3345. ad 3398. per 58.

Ab anno 3400. ad 3500.

Phraortes Medor: ad 3419. per 21.

Ciaxares senior sive Astybares ad 3460. per an. 20.

Astiages Cyri avus ad 3495. per 35.

Darius Medus, idem Ciaxares junior & Assuerus, Cyri avunculus, Estheris maritus ad 3515. an. 19.

Babylone interim regnant Nabopolassar seu Nabucodonosor senior à 3407. ad 3428. an. 21. Nabucodonosor Magnus ad 3472. annis 44.

Evilmerodachus ad 3497. an. 25.

Balthasar Labinitus dictus ab Herodoto lib. 1. ad 3514. captâ Babylone occisus est

à Cy-

à Cyro auspiciis avunculi Darij militante, ejusque post annum successore.

Ab anno 3500 ad 3600.

MONARCHIA PERSARUM.

CYrus, qui moriente Astiage materno avo Regnum Persarum administrandũ susceperat, curâ uxoris quæ Darij Medi unica erat hæres, eo abdicante, imperio Medorum, Persarum & Babyloniorum potitur, & sedem locat in Persida 3516. an. 9.

Cambyses f. à 3524. ad 3532. an. 7.

Smerdis Magus menses 7.

Darius Hystaspis filius ad 3596. an. 36.

Xerxes I. ad 3589 an. 20.

Artaxerses Longimanus ad 3629. an. 40.

Ab anno 3600. ad 3700.

Xerxes II. mens. 2.

Sogdianus men. 7.

Darius Nothus sive Ochus ad 3649. an. 19.

Artaxerses Mnemnon ad 1689 an. 40.

Hujus frater Cyrus minor post eum, sed rege Patre natus: unde lis & bellum infeliciter gestum ope Græcorum.

Artaxerses Ochus ad 3714. an. 26.

Ab anno 3700. ad 3800.

Arses seu Arsamus ad 3718. an. 4,

Darius Arsami f. ad 3724. an. 6.

MO-

MONARCHIA GRÆCORUM

ALexander Magnus victo Dario Græcorum Monarchiam inchoat ad 3730. ann. 6.

Alexandro mortuo post varias bellorum vices Græcorum Imperium in tria præcipuè regna dividitur, Macedoniæ, Ægypti, Syriæ. Ab hoc secundùm Machabæorum libros numerantur anni regni Græcorum.

Seleucus Nicanor recuperatâ Babylone à 3742. ad 3773. an. 32.

Antiochus Soter ad 3792. an. 19.

Antiochus Deus ad 3807. an. 15.

Ab anno 3800. ad 3900.

Seleucus II. Callinicus ad 3827. an. 20.

Seleucus Ceraunus ad 3830. an. 3.

Antiochus III. Magnus ad 3867. an. 37.

Seleucus Philopator ad 3879. an. 12.

Antiochus IV. Epiphanes ad 3890. an. 11.

Antiochus V. Eupator ad 3892. an 2.

Demetrius Soter ad 3903. an. 14.

Ab anno 3900. ad 4000.

Alexander Balaad 3907 an. 55.

Demetrius Nicanor ad 3909 an. 3.

Antiochus Balæ f. ad 3911. an. 2.

Tryphon. tyrannus ad 3914. an. 3.

Antiochus Sidetes ad 3925. an. 11.

Demetrius Nicanor iterum ad 3929 an. 4.

Anti-

Antiochus Grypus ad 3958. an. 29.

Antiochus Cycicenus simul ad 3959. an. 18

Seleucus VI* Antiochus X* Eusebes * Philippus * Demetrius * Eucaeres * Tigranes * Antiochus Asiaticus * Reguli potius quàm Reges in Syria, quæ à Pompejo in provinciam redacta est à 3991.

Ab an. 4000. ad 4053.

Pompejus Magnus consul sive collega 4002.

C. Jul. Cæsar Dictator & Consul occiditur an. 4010.

C. Octavius M. Antonius M. Lepidus Triumviri 4011.

MONARCHIA ROMANORUM

C. Octavius Cæsar Augustus post Actiacam victoriam solus imperat 4024.

Omnes posthac Imperatores Cæsares & Augusti appellati.

Præfectus urbis stabilis ab Augusto instituitur, primusque dicitur C. Chnius Mecœnas & post eum Messala Corvinus.

SERIES SEXTA.

Regna & Respublicæ in Græcia post diluvium ad Christum natum.

Ab anno 1657. ad 2039.

Quamvis vetustissimi Graciæ Reges à Neotericis

tericis in dubium revocentur, placet eos nihilominus ex optimorum scriptorum traditione referre.

Sicyniorum Regnum in Peloponeso inchoatur an. 1890. Ægialeus primus regnat an. 52. *ab eo Peloponesus quondam dicta est Ægialia.*

Europa f. 45. *nomen dedit Europæ.*

Telchis 20 * Apis 25 * Thelxion 42*

Cùm felicissimè regnâsset, post ejus mortem publici ludi ejus honori sunt instituti.

Ab ann 2039. ad 2300.

Sicyone regnat Thelxion an' 25.

Ægydrus an. 29 * Thurimacus 45 * Leucippus 53 * Messapus 45* Fratus 46 *

Incipit Regnum Argorum an. 2197.

Inachus I. Argis regnat 50.

Phoroneus Inachi fil: & Melissæ 60.

Inachidæ ab Inacho dicti Reges omnes Argivi,

Ab an. 2390. ad 2500.

Sicyone regnant Plemnæus an. 48.

Ortopolis 63. * Marathon 30 * Echyreus 55.

Argis regnant Apis 35 * Argus 70* Criasus 54. * Phorbas 45*

Argus ob singularem prudentiam dictus est centoculus.

Athe-

Atheuarum Regnum inchoatur an. 2446.
Cecrops Ægyptius regnat Athenis ℳ, *ab eo successores 16 dicti Cecropidæ.*

Ab an. 2500. ad 2600.

Sicyone regnant Corax an. 30* Epopeus 35* Laomedon 40.

Argis regnant Triopas 46* Crotopus 21* Sthenelus 9. *Inachidarum hic ultimus est.* Post hunc, Danaus Ægyptius pulso Gelanore regnat an. 50. *ab eo Danaidæ.*

Athenis Regnat Cranaus an. 9* Amphiction an. 10* Erichtonius an. 50.

Lacedæmoniorum Regnum incipit anno 2570.

Lelex I. Lacedæmoniorum Rex indigena.

Ab anno 2600. ad 2700.

Sicyone regnant Sicyon à quo regio dicta est Sicyonia an. 45. * Blybus an. 40*

Argis Lynceus Danai ex fr. Ægypto nepos an 40* Abas an: 23* Prætus an. 17.

Athenis Regnant Pandion an. 40* Erechteus an. 50.

Lacedæmone Midas * Eurotas.

Corinthiorum Regnum Incipit anno 2645.

Sisyphus, à quo Reges dicti Sisyphidæ, primus Rex. * Ornithion II.

Ab anno 2700. ad 2800.

Sicyone Regnant Janiscus an. 42* Phæ-

stus an. 8 * Adrastus an. 4. * Polyphides annis 3.

Argis Acrisius Danaes pater an. 32. quo per imprudentiam à Perseo Danaes filio interempto, Regnum transfertur 2742.

Mycenarum Rex I. Perseus an 57. * Taphius 17.

Athenis Regnat Pandion II. 25. * Ægeus 48.

Lacedæmone regnant Lacedæmon * Amiclas * Argolus * Cynortas * Oebalus *

Corinthi Thoas.

Ab anno 2800. ad 2900.

Sicyone regnant Pelasgus an. 20 * Zeuxippus 33 * post illum Sacerdotes 33.

His ab Agamemnone potestas omnis erepta.

Mycenis Stenelaus an. 8 * Eurystheus 43 * Atreus & Thyestes an. 8 * Agamemnon 17 * Ægistus 7 * Orestes 7.

Athenis regnant Theseus 31 * Mnestheus 16 * Demophoon 33.

Lacedæmone Tyndarus * Castor * Pollux * Menelaus * Orestes.

Corinthi Damophon, Propodas.

Ab an: 3900. ad 3000.

Athenis regnant Oxynthus 13 * Aphidas 11. * Thimoetes 8. * Melanthus 12. * Codrus Regum ultimus 17.

Lace-

Lacedæmone Oreſtes * Thiſamenus Mox Heraclidæ.

Mycenis Oreſtes * Thiſamenus * Penthylus

Cometes Oreſtis filij.

Corinthi Dorydas * Hiantidas Siſyphidarum ultimi * Aleches * Ixion.

Heraclidæ.

Ab anno 3000 ad 3100.

Athenis extincto Codro Archontes perpetui, quorum primus Medon 20. Acaſton 36 * Archippus 19 * Therſippus 41.

Lacedæmone ex Euryſthenis poſteris, qui mox dicti ſunt Agidæ: Agis I, * Echeſtratus * Labotas * Doriſſus.

Ex Proclidis * Sous * Euripon * Pritamis.

Corinthi Agelas * Prymius Heraclidarum poſtremus * poſt quem Bacchis à quo Bacchidæ.

Ab anno 3100. ad 3200.

Athenis Archontes Phorbas 31. Megacles 32. Diognetus 28, Pheredus 19.

Lacedæmone Regnant ex Agid: Ageſilaus I. & Archelaus.

Ex Proclidis: Eunomus * Polidectes * Charilaus Lycurgi ex fra: nepos.

Corinthi ex Bacchidis Agelaſtus * Eudemus * Ariſtodemus,

Ab anno 3200. ad 3300.

Athenis Archont: Ariphron 10. Thespieus 27. Agamestor 20. Æschylus 23. Alcmeon 2.

Lacedæmone ex Agid: Teleclus * Alcamenes * Polydorus.

Ex Proclid. Nicander * Theopompus *

Corinthi Pritanes, Magistratus annuus instituitur 3276.

Macedonum Regnum incipit 3240.

Caranus Rex I. 30. Cœnus II. 28.

Ab anno 3300. ad 3400.

Athenis Archontes decennales, quorum primus Charops Æschyli f. mox post Erixiam V. Archontes annui, quorum I. Creon 3368.

Lacedæmone Regnant ex Agid. Eurycratas I. Anaxander.

Ex Proclidis Zeuxidamus * Anaxidamus.

Corinthi Cypselus Tyrannus 3396.

Macedonum Reges usque ad Philippum Amyntæ 21, non numerantur, qui nullius fere nominis.

Ab anno 3400. ad 3500.

Pisistratus frustra obstante Solone potitur Athenis 3494. bis pulsus redit.

Lacedæmone Regnant ex agidis Eurycrates II. Leon * Anaxandrites.

Ex Proclidis Archimus I. Agasicles.

Corin-

Corinthi Periander tyran: a. 3427. ad 3467. *Post hunc de Corintho silet historia.*

Ab anno 3500. ad 3600.

Pisistratus bis pulsus iterum potitur Athenis.

Hippius & Hipparchus Pisistrato Pari Succedunt 3527: pelluntur 3541.

Redeunt annui Archontes.

Lacedæmone Regnant ex Agid: Cleomenes I.

Leonidos I* Plistarchus * Plistonax * Pausanias.

Ex Proclid. Ariston* Demaratus* Leotychides.

Ab anno 3600. ad 3700.

Athenis jubente Alcibiade præsunt quadringenti à 3622. ad 3640 Nam tum, capto à Lysandro Lacedæmone, subjectæ fuere triginta tyrannis, quibus pulsis Democratia iterum inducta est. An. 3653.

Lacedæmone regnat ex Agidis Agesipolis I. Cleombrotus I. Agesipolis II. Cleomenes II. Ex Proclidis Archidamus II. sive Archelaus* Agis II. Agesilaus II. Archidamus III.

Ab anno 3700. ad 3800.

Athenæ Cassandro Macedoni se dedunt, à quo Rector Phalareus instituitur 3736.

mox liberantur per Demetrium Poliorcetem 3747. sed postea ingratæ ab eodem expugnantur. 3753. & iterum liberæ 3764.

Lacedæmone regnant ex Agid. Arius * Acrotatus,

Ex Proclid. Eudamidas I. Archidamus IV. Eudamidas II. Agis III. Proclidarum postremus.

Macedonum Rex Philippus Amyntæ filius regnat à 3694. ad 3718.

Alexander Magnus filius Philippi ad 3730.

Post Alexandrum in Macedonia regnant Arideus frater I. Cassander 19. Philippus II. 1. Antipater & Alexander II. 3. Demetrius Poliorcetes 6. Pyrrhus M. 7. Lysimachus 6. Meleager * Antipater * Sostenes 2. Antigonus Gonatas 36.

In Ægypto Regnant Ptolomæus Lagi f. ad 3778. an. 40. Ptolomæus Philadelphus ad 3807. an. 39.

Ab anno 3800. ad 3900.

Lacedæmone Proclidis extinctis regnant ex Agid : Areus * Leonidas II. Cleombrotus II. Cleomenes III. mox Agidis etiam deficientibus brevi regnant Agesipolis & Lycurgus, atque post hos tyranni Machanidas & Nabis, quo cæso pri-

priùs paret Achæorum reipublicæ sæculo superiore exortæ, denique Romanis.

Quintius Romanus jus dicit in Græcia. Omnesque ejus civitates liberas esse jubet 3858.

Macedonum Reges Demetrius II. 10. Antigonus tutor 12. Philippus III 12. Persæus 11. quo victo Regnum Macedonium Romanis cedit 3887.

Ægyptij Reges Ptolomæus Evergetes ad 3823 per an 16. Ptolomæus Philopator ad 3850 an. 27. Ptolomæus Epiphanes ad 3873. an. 23. Ptolomæus Philometor ad 3907. an 35.

Ab anno 3900 ad 4000.

Athenæ quæ ab anno 3764. libertatem qualemcunque usurpaverant anno 3969. à Sylla expugnatæ Romanis parent & abolentur Archontes.

In Ægypto Regnant Ptolomæus Physcon ad 3937. an. 29. Ptolomæus Lathurus iterum ad 3954. an. 17. Ptolomæus Alexander II. ad 3989. an. 17 Ptolom: Auletes ad 4003.

Ab anno 4000. ad 4053.

Ptolomæus Dionysius cum sorore Cleopatra ad 4007. an 5

Cleopatra sola ad 4024. an 17.

Post

Post Actiacam pugnam, in qua Cleopatra cum Antonio victa est, cum M. Antonius sibi manus intulisset, ipsa etiam ultro perijt, defecitque omnino Regnum Græcorum.

SERIES SEPTIMA.

Regna & Principatus extra Græciam à diluvio usq; ad Christum.

Ab anno 1657. ad 2039.

Antiquissimos ex Manethone & Eratosthene Ægypti Reges agnoscimus, sed post Babylonios, quia sacris litteris id magis consonum est.

Menes, qui postea Juppiter Hammon est appellatus, in tota Ægypto.

Post hujus mortem ex filijs duobus, alter Thebis & alter Memphi imperavit.

Atholis, qui Mercurius dictus Thebis.

Tosorthrus qui Æsculapius Memphi.

Post hos in plures Dynastias divisa est Ægyptus.

Ab anno 2039. ad 2300

Pharao Mencheres Rex Memphiticus in Ægypto Abrahamo æqualis 2115.

Pharaonis prænomen commune fuit Ægypti Regibus, ut Cæsar & Augustus Rom. Imperatoribus.

Ele-

Elephantini Reges in eadem Ægypto ab Africano & aliquibus historicis referuntur quas tamen commentitias Dynastias eordati reijciunt,

Cres à quo insula nomen accepit, in Creta regnat: post eum Juppiter hujus nominis primus.

Jovis nomen plurimis regibus olim commune: ita Vossius de Origin: Idolol: & Huetius in demonstrat: Evangel:

Siamus ut patrii scriptores affirmant, primus regnat in Hibernia 2281.

Ab an. 2300. ad 2500.

In Ægypto Pharao Amesis sive Rameses ut alij malunt, quo regnante Joseph ingressus est Ægyptum 2306.

In eadem Ægypto Reges Tanitæ dicti Pastaes: Quorum primus Salatis, seu Saites.

Inter alios ibidem Memphitarum Reges numerantur Amenophis II. seu Memnon* Ovus, poëtis Busiris in hospites sævus * Thermutis Ori filia Mosis in fluvio expositi servatrix.

Ab anno 2500. ad 2600.

In Ægypto Reges Pastores usque ad finem Sæculi XII. post diluvium.

Inter Memphitarum Reges ibidem me-

mo-

morantur Pharao Cenchris, qui fugientes Hebræos insequens rubri maris fluctibus haustus cum suis interiit.

Trojæ Rex I. Dardanus Jovis & Electræ filius, Atlantis nepos ab anno 2574. an. 31. mox Erichtonius an. 65.

Ab anno 2600. ad 2700.

In Ægypto præter Tanitas pastores regnant apud Thebanos, Maris* Siphoas* Phouron seu Nilus.

In Creta Juppiter Taurus à quo rapta est Europa, post eum Minos, Rhadamantus & Sarpedon ffr.

Trojæ Rex Tros à quo dicta Troja an 70 *Hujus frater Callirrhoe pater Ili, Ganimedis & Assaraci, à quo genitus Anchises pater Æneæ.*

Ab anno 2700. ad 2800.

In Ægypto Reges Thebani & Tanitæ pastores.

In Creta Juppiter III. Saturni filius pulso patre: *Hujus fratres Neptunus & Pluto*

Trojani Reges: Ilus à quo Ilium an. 54. Laomedon an. 36.

Latij seu Aboriginum Rex I. Janus à 2722. an. 35. post eum Saturnus ex Creta profugus an. 36. Picus filius 37.

Ab anno 2800. ad 2900.

In Ægypto regnante apud Thebanos, Thum-

Thumnosi, pulsi Pastores, qui post annos 13. redeuntes iterum pulsi ab Amenophe.

In Creta Minos II. Ariadnæ, Androgei & Phædræ pater.

Trojani Reges Priamus, sub quo Troia eversa an. 40.

Latij Reges Faunus 44. Latinus 46.

Æneas Trojâ profugus ductâ Laviniâ Latini f. an. 4. Ascanius f. an. 38.

Lydorũ R. primus Argon Herculis f. 2835.

Post eum ignoti successores ad Candaulẽ.

Ab anno 2900. ad 3000.

In Ægypto apud Thebanos ex Manethone regnant Orus, sive is de quo dictum, sive alius ejusdem nominis. Mox tota regio in ditionem unius redigitur. Memorantur præcipuè Acentheres tres, Rhamesses duo.

Latini Reges Sylvius posthumus an. 29.

Ab hoc Reges Albæ dicti sunt Sylvij

Æneas Sylvius 31. Latinus II. 51.

Tyriorum Rex I. Abibalus 2984. & post eum Hiramus f. Davidis amicus an. 60.

Sibdagerus primus tria simul regna possidet, Sueciam, Norwegiam, Gothiam. 3840.

Danus primus regnat apud solos Danos, eisque nomen facit 2983.

Ab

Ab an. 3000 ad an. 3100.

In tota Ægypto Amenophis IV. & postea Sesostris seu Sethosis, & Sesonchis, in Sacris litteris Sesac qui victor latè per Asiam dominatus est.

Latini Reges: Alba Sylvius 39. Capetus 26. Capys 28.

Tyriorum Reges Baleazarus Hirami filius, & post hunc usque ad Pygmalionem Reges 7. nullius nominis.

Hispanis Imperant Celtæ & Rhodii.

Ab anno 3100 ad 3200.

In Ægypto Rhamses, mox Amenophis V. quibusdam Memnon & Rameſſes.

Latini Reges Galpetus 13. Tyberinus 3.

Ab hoc Tyberi nomen factum.

Aremulus Agrippa 41. Alladius sive Aremulus Sylvius 19.

Tyriorum R. XII Pygmalion 47, Sichæo patruele per fraudem interempto infamis.

Carthago Urbs & Regnum 3166.

Regina Dido Tyria. Sed postea conversum est regnum in Rempublicam.

Ab anno 3200. ad 3300.

Ægyptiorum in Asia Imperium deficit.

Ægyptus in plures Regulos dividitur.

Celebrantur ex his Nicepsus, Nectos, Boc-

Bocchoris, Neccho fugiente cæsus à Sabacone Æthiope qui regnavit an. 50.

Latini Reges: Aventinus 37. *Nomen dedit Aventino colli, ubi sepultus est.*

Phocas 23, Amulius 18. Numitor 3.

Hispanis imperant Phœnices, quorum opes maritimæ ingentes.

Ab anno 3300. ad 3400.

In Ægypto Sous, ad quem missi ab Osea Israëlis Regis legati. Tauracus, mox Dodecarchia, quâ brevi sublatâ regnat Psammitichus.

Lydorum Reges Mermnadæ, quorum 1. Gyges occiso Gondaule 3340. reg. 36 añis.

Post hunc usque ad Crœsum Ardys * Sadiates * Alyates.

Romanorum Rex I. Romulus 3301. 37.

Interregnum an. 1* Numa Pompilius 43

Tullus Hostilius 32.

Ab anno 3400. ad 3500.

Ægyptiorum Reges Nechao sive Nechos* Psamis * Apries.

Romanorum Reges Ancus Martius 24.

Hic feciales instituit: Patres 300 minorum gentium legit * Tarquinius Priscus 38. *Capitolium fundat* * Servius Tullius an. 30.

Carthaginensium opes Regulis finitimis domitis terrâ mariqúe crescunt.

Arganteius regnat in Hispania.

Ambigatus Biturigum in Gallia Rex Celtis imperat.

Ab anno 3500. *ad* 3600

In Ægypto Amasis Psammenitus ex Herod, & Diodoro: Mox Cambyses regnum ad Persas transfert an. 3529.

Lydorum Regum ultimus Cræsus à Cyro captus an. 3520.

Romanorum Rex ultimus Tarquinius superbus 25.

Pellitur ob vim Lucretiæ illatã à filio 3545

Consules creantur L. Jun. Brutus & Tarquinius Collatinus, eoque abdicante Valerius Publicola.

Dictator I. T. Lartius Flavius 3559.

Carthaginenses Hispaniæ Domini 3556.

Cappadociæ Rex Primus Pharnaces sororius Cyri.

Sicilia sub tyrannis Syracusanis 3569. facta iterum libera an. 3588.

Ab anno 3600. *ad* 3700.

In Ægypto post Persas indigenæ Nephræus & Tachon.

Romæ decemviri 3603. & post annos tres iterum Consules.

Ibidem tribuni militum consulari potestate aliquoties creati 3610.

Censores primò instituti 3611.

Romæ

Romæ Servorum conjuratio detecta 3635

Sicilia iterum sub tyrannis 3648. Dionysio scilicet seniore & Juniore.

Anarchia Romæ 3678. per annos 5.

Consules Romæ confirmati 3688.

Ab anno 3700. ad 3800.

In Ægypto, fugiente ultimo Regum Nectebano, Persæ iterum usq; ad Alexandrum Magnum dominantur.

Carthaginenses terrestribus maritimisque opibus præpollentes terrarum imperium affectare incipiunt.

Romani post Tarentinos, Picentes & Salentinos domitos totius Italiæ domini.

Sicilia iterum libera 3708 Romanorum beneficio.

Fergusius ex Hibernia vocatus initium dat Scotorum Regno.

Ab anno 3800. ad 3900.

Ponti, Bithyniæ, Armeniæ, Reges post Alexandrum Magnum exorti.

Pergami Princeps I. Phileterus Spado, cui succedit Fr. Eumenes 3789.

Romani Siciliam I. mox Sardiniam & Hispaniam, Carthaginensibus victis, in Provinciam redigunt, eamque dividunt in citeriorem & ulteriorem.

Pergami R. I. Attalus I. Eumenis filius 3812. mox Eumenes II. & Attalus II.

Parthorum Rex I. Arsaces, à quo Arsacidarum Familia & Reges posteri Arsaces 3808. huic succedunt Arsaces II. Priapactus & Phraates I.

Ab anno 3900. ad 4000.

Romani eversâ Carthagine Africæ Domini victis Achæis, deletâ Corintho, Græciam in provinciam redigunt 3908.

Pergami Rex Attalus III. populum Romanum regni & opum suarum hæredem scribit 3921.

Gallia Narbonensis fit Romanorum Provincia 3933.

Africani Junioris & Marij in Africa, Syllæ & Pompeij in Asia, Cæsaris in Europa victoriis Rom. propagatur Imperium. Sylla Dictator ab an. 3972. ad 3975.

Ciceronis Cos. prudentiâ & vigilantiâ Respublica à nefariis Catilinæ consiliis liberata an. 3991.

Parthis imperant Mithridates I.* Phraates II. * Artabanus I. * Mithridates Magnus. * Orodes Crassi victor.*

Ab anno 4000. ad 4053.

Romani in Europa, in Africa, in Asia, rerum latè potiti, Reges omnes finitimos vel socios habent, vel vectigales, ac tandē Ægypti, quod unum supererat è Græcorū Imperio, Regnum occupant 4024.

Par-

Parthis imperant Phraates III. * Tyridates, & Phraates IV.

Scotorum historici Metallanum decimũ septimum Regum suorum numerant.

SERIES VIII.

Bella post diluvium usque ad Christum.

Ab an. 1657. ad 2039.

NInus Latius imperandi studio flagrans armis imperium primus propagat, pluribus Asiæ populis domitis.

Idem circa annum conditi orbis 1990. Rege Zoroastre debellato Bactris potitur.

Semiramis Virago Media, Persida, Ægypto aliisque provinciis subactis cum Indis felici principio, exitu tristi bellum gerit.

Bella inter Vexorim Ægypti, & Tanaim Scythiæ Regem. Antiquiora ex Trogo Justinus memorat, sed vel obscura vel fabulosa censentur.

Ab anno 2039. ad 2300.

Ismaël Abrahami f. Arabiam bellando subigit 2261. *Salianus*. Ex eo feroces bello gentes progenitas, Ismaëlitas, Agarenos,

Arabes, Saracenos, omnes ferme tradunt.

Telchines & Cariathæ cum Phoroneo bellum gerunt 2264.

Telchines Talasio & Caretto Ducibus vincuntur à Phoroneo 2771.

Ab anno 2300. ad 2500

Telchines, qui victi & Peloponeso pulsi primò Cretam, deinde Cyprum armis occupaverant, tandem Rhodo potiuntur. *Traduntur fuisse malefici homines aspectu solo omnia effascinantes. Hesychius.* Suidas

Mosis in Ægypto bella, quæ Josephus memorat, viris cordatioribus fabulosa videntur.

Ab anno 2500. ad 2600.

Chaldæi pugnant in Phænices 2507.

Ab anno 2600. ad 2700.

Eleusini adscito Eumolpho Thrace bellum cum Athenienſibus gerunt 2669.

Tros in Tantalum Mœoniæ Regem, qui Ganimedem rapuerat, arma movet 2678.

Tantali jussu, qui Phrygius Jupiter est appellatus, in navi cui aquila nomen erat, avectus est. Hinc *fabula.*

Ab anno 2700. ad 2800.

Bacchi Jovis & Semeles filij Indica expedi.

peditio. 2720. *aliis nominibus dicitur Liber Dionysius.*

Persici Jovis & Danaës filij expeditio, in qua Medusam obtruncat, Andromedam Cephei filiam liberat 2733.

Siculi, qui Latio pulsi per Aborigines à Morge Italis sedes acceperant in OEnotria, Siculo tandem Duce Trinacriam armis occupant, quæ ab illis Sicilia est appellata. 2770.

Amphitruo Alcmenæ maritus armis inclytus cum Teleboris bellum gessit.

Ab anno 2800. ad 2900.

Septem Duces ad Thebas 2833.

Epigoni Thebis potiuntur 2843.

Amazones Asiam armis occupant, mox in Africam irrumpentes ab Hercule & Theseo superantur 2845.

Bellum Trojanum ob Helenam Menelai uxorem à Paride raptam 2861.

Troja capta & incendio consumpta 2870.

Bellum Æneæ cum Turno 2872.

Ab anno 2900. ad 3000.

Heraclidæ Athenis bello infesti, sed victi se devovent.

Amazones per Asiam arma circumferunt 2906.

Heraclidæ, id est Herculis posteri, occupant

cupant Peloponesum Ducibus Temeno, Ctesiphonte & Aristodemo 2952.

Ab anno 3000. ad 3100.

Videntur nugari, qui Britanniæ nomen hoc ævo à Brito sive Bruto Æneanij filio impositam fuisse scribunt, docentes eum ibi primum Regnum auspicatum, cùm antè à Gigantibus habitaretur.

Sesac in sacris litteris: apud profanos auctores Sesostris, Sesos & Sesonchis, ac Sesonschosis, Ægypti Rex Hierosolymâ potitus templi thesauros asportat 3064.

Idem Colchos & Getas armis domuisse, regiones omnes â se subactas trophæis insigniviſſe scribitur. *Calvinus perperam duos esse opinatur Sesacum & Sesostrim.*

Ab anno 3100. ad 3200.

Bella aliquot levia Archelai & Charilai Lacedæmoniorum Regum in Peloponeso.

Tyberinus, dum victus ab hostibus fugit Tyberi mergitur, eique nomen facit.

Sabaco Æthiopum Rex pluribus Ægypti Regulis profligatis eâ potitur, vel in fine hujus, vel initio sequentis sæculi. Cumque in ea regnâsset annos 50. somno monitus ultro abiit, Herodotus lib. 2.

Ab anno 3200. ad 3300.

Assyrij Duce Theglar Phalazar, Rhasi Rege

Rege obtruncato, Damasco potiuntur. Syriam populantur: incolas captivos abducunt 3296.

Theopompo Lacedæmoniis imperante, hi de finibus Thyreatum cum Argivis dimicârunt. *Pausanias lib. 3. Euseb.*

Ab anno 3300 ad 3400.

Romuli cum Sabinis, Camerinis, & Fidenatibus bella.

Sennacherib Æthiopes & Ægyptios bello profligat 3323.

Bellum Vicennale inter Messeniacos & Lacedæmonios finitur 3330.

Ardys Lydorum Rex Gygis fil: Milesiis bellum intulit 3361. *Herodot lib. 1.*

Bellum Albanis à Tullo Hostilio illatum. Horatii Curiatios vincunt 3387.

Fidenates 3389. Sabini à Romanis victi 3392

Ab anno 3400. ad 3500.

Ancus Martius Latinos, Fidenates, Sabinos, Vejos vincit: Tarquinius Sabinos, qui tandem domiti 3452.

Scythæ armis Asiam adepti tenent ab an. 3419. ad 3449.

Sadyates avus, Alyates Cræsi pater Lydorum Reges Milesios vexant.

Nabuchodonosor Magnus Syros & Ægyptios armis domat: Hierosolymam potitur 3428.

Idem

Idem Arabes, Elamitas, Medos vincit Niniven occupat 3452.

Ab anno 3500. ad 3600.

Cyrus à Tomyri Scytharũ Regina victus.

Porsena Romam obsidet 3547.

Posthumius Tubertus victis Sabinis primus ovat Romæ 3551.

Marathonia pugna Duce Miltiade 3564.

Leonidas cum 300 Laconibus ad Thermopylas 3574. Themistocles Persarum victor ad Salaminam 3575.

Bellum Sociale contra Athenienses à 3596. ad 3598.

Ab anno 3600. ad 3700.

Athenienses à Bœothis cæsi 3605.

Corinthi à Corcyreis victi 3619.

Athenienſium ad Potideã victoria 3622.

Bellum Peloponesiacum inchoatur 3623 per annos 27. inter Athenienses & Lacedæmonios.

Conon Athenienſis Persas vincit ad Gnidum navali prælio 3660.

Veij à Camillo expugnati 3658. Galli ab eodem post Romam incensam cæsi 3665.

Bellum Sacrum Græcorum contra Phocenses sacrilegos à 3099. ad 3768.

Ab anno 3700. ad 3800.

Philippi Macedonis in Græciam bellum Sam-

Samniticum 3711. per an. 71. ad 3782. triumphorum 24. materies.

Alexander M. per Europam, Asiam, & Africam victor arma circumfert ab anno 3620. ad 3730.

Romanorum cum Pyrrho Epirotarum Rege bellum 3774.

Gonatæ bella cum Spartanis & Atheniensibus 3785.

Bellum Punicum I. Siculis contra Carthaginenses Romanorum opem imploran-tibus 3790.

Romani primò rem nauticam attingunt, & Duillio duce nobilem de Pœnis victoriam referunt 3894.

Ab anno 3800. ad 3900.

Pœni Romanos grandi clade profligant prope Drepanum 3805.

Pugna Romanor: & Carthag: ad Ægades 3812.

Bellum Illyricum 3825.

Punicum II. 3836. Pugna ad Thrasimenum 3837. Canensis 3838.

Asdrubal à L Nerone ad Metaurum cæsus 3847. Annibal à Scipione Afric: victus in Africa 3852.

Bellũ Romanorũ cum Macedonibus 3854.

Bellum Romanorũ cum Antiocho M. 3860

Bellum Romanor: cum Perseo 3883.

Ab

Ab an: 3900. ad 4000.

Viriathus Lusitanus fortiter ac feliciter contra Romanos bellũ gerit à 3904. ad 3915

Bellum Punicum III. 3906. in eodem eversa est Carthago 3908.

Bellum Jugurthinum ad 3905* Marij de Cimbris Victoria* & bellum servile in Sicilia 3952* Italicum seu Marsicum 3963* Mithridaticum 3966* Bella civilia Cinnæ* Marij* Syllæ* Sertorij ab an' 3967. ad 3981.

Bellum Servile Spartaco incentore 3981.

Cajus Julius Cæsar ab anno 3995. ad 3405. in Gallia, Germania, & Illyrico rem Romanam feliciter gerit.

Ab anno 4000. ad 4053.

M. Crassus cæsus à Parthis 4001.

Bellum civile inter Cæsarem & Pompejum 4005. pugna Pharsalica 4006.

Finis belli civilis 4009.

Cassius & Brutus ab Octavio & M. Antonio victi 4012. Bellum Perusinum 4014.

Ventidius Bassus à Parthis triũphat 4021.

Actiaca pugna 4023.

Parthi sponte signa de Crasso rapta & captivos restituunt 4034.

SE-

SERIES IX.

Disciplinę Severiores: Philosophia, Mathematica &c. post diluvium usque ad Christum.

Ab an 1657. ad an. 2039.

NOë scientias, quas à majoribus acceperat ante diluvium, in filios & nepotes propagat.

Chaldæi cæli siderumque spectatores cælestium motus & effectus notare incipiunt 1900 annis ante Alexandrum Magnũ. *Simplicius in Aristotel.*

Mesraim Chami filius primus docet Ægyptios.

Babylonij, Assyrij, Chaldæi primi Philosophiam profitentur, testibus *Aristotele, Socione & Laërtio.*

Atothis sive Theuth primus numeros invenit: *Plato.*

Ab anno 2039. ad 2300.

Ur Chaldæorum Abrahami Patria, Academia siderum scientiâ nobilis 2101. Docent nonnulli Ægyptiis traditam ab Abrahamo Astrologiam; ut id persvadeat lectoribus Artapanus apud Eusebium lib. 9. scribit, Abrahamum annos 20. mansisse in Ægypto.

Libellus Jesitra, quem sub Abrahami nomine ostentant Hebræi, videtur esse suppositicius. *Genebrard.*

Heber sæculo 23. publicus rerum divinarum Magister. *Abulensis & Lyranus in cap. 25. gen.*

Ab anno 2300. ad 2500.

Druidas in Gallia hoc ævo floruisse varij docent.

Joseph in Ægypto Mercurialium virorum Mecænas, & veræ sapientiæ Magister. *Abulensis.*

Theman urbs Idumææ, Jobo florente, studiis litterarum nobilis.

Prometheus & Atlas Astrologiæ cultu celebres.

Moses Ægyptiorum litteris excolitur.

Chaldæi Astronomi in Orchenos & Borsipenos distincti: *Vossius.*

Ab anno 2500. ad 2600.

Tota doctrinarum gloria erat adhuc apud Chaldæos, Ægyptios & Indos.

Mercurius II. sive Hermes Ægyptius Trismegistus, quia Rex, Sacerdos, Philosophus, collegit doctrinæ monumenta, quæ Mercurius I. jusserat describi, vulgavitque primus.

Suppositicii tamen sunt libri Pemandræ & Asclepij nominibus inscripti.

Endymion Pastor in Caryæ monte Lat-

mo

mo ob lunæ cursum diligentiùs observatũ, ejus amator dictus à Poëtis.

Ab an. 2600. ad 2700.

Cariath Sepher, hoc est, civitas litterarum, Academia Palæstinæ ante Othonielis tempora.

Arithmeticæ inventum Phœnicibus tribui consuevit, quia mortalium primi mercaturam exercuisse hoc ævo censentur. Videtur tamen ejus inventio longè vetustior.

Ab anno 2700. ad 2800.

Mercurius Ægyptius hujus nominis V. ut *Ciceroni & Lactantio* placet.

Antandri in Urbe sub Ida Phrygiæ monte litterarum Academiam floruisse docet *Athenæus*.

Ab an. 2800. ad 2900.

Ænigmatibus proponendis & solvendis hujus ævi sapientes exercebantur, uti apparet ex Samsonis historia & Oedipodis fabula.

Perseveravit idem Sapientiæ experimentum ad Æsopi fabulatoris tempora, uti è Sabæ Reginæ Salomonem adeuntis historia & ejusdem Æsopi vita licet agnoscere.

Ab anno 2900. ad 3000.

Najoth, hoc est, ut interpretatur Chaldæus

dæus *Domus doctrinæ*: Sedes erat Samuelis in urbe sive agro Ramathæ, in qua Hebræos adolescentes sacris litteris informabat. *Abulensis: Serarius.*

Abela Palæstinæ Academia: *Cornelius à Lapide & alij in cap. 20. lib. 2. Regum.*

Ab anno 3000. ad 3100.

Calcol & Derda ffr. Sapientiæ & Philosophiæ laude nobiles, *Ioseph antiq: l 8. c. 2.*

Salomon Philosophorum sapientissimus Proverbiorum, Ecclesiastis & aliorum, qui periêre, librorum scriptor in Academia, quam Hierosolymis munificentissimè fundaverat, bonas artes profitetur: *ita Pineda de rebus Salomonis.*

Damnatus liber *Clavicula* falsò illi tribuitur.

Græci in Ægyptum peregrinantes doctrinarum studia ad suos reportant, quas tamen fabulis corrumpunt.
Inter eos numeratur Homerus.

Ab anno 3100. ad 3200.

Omnis posthac Theogonia, & Philosophia Græcorum ab Homeri & Hesiodi fontibus fluxit; qui ab Hebræis & Ægyptiis accepta, fabulis & commentis poëticis involuta posteris tradidêre, eosque sequentium sæculorum scriptores imitati, omnia plusquam Cimmeriis tenebris obduxerunt.

Videri

Videri hac de re possunt Huetius *in Demonstrat. Evangel. tom. 1. propos. 2. Cap. 2. &* Pineda *de rebus Salomonis.*

Ab an 3200. ad an. 3300.

Abaris, Philosophus an Magus dubium, è Scythia: de cujus prodigiosa sagitta mira veteres prodidêre; Athenas à suis legatus Græciam lustrat.

Astronomos hoc ævo floruisse docet consignata litteris Eclypsis Solis 24. Junij anno 3263.

Ab anno 3300. ad 3400.

Sibylla Erithræa sapientiæ famâ nobilis.

Herophila Sibylla Samia.

In Numa Pompilio Romanorum Rege Philosophiæ quędā rudimenta apparuerūt.

Docent aliqui Pythagoricum eum fuisse: sed erroris arguuntur ab aliis, qui Pythagoram duobus seculis post Numam floruisse scribunt.

Numæ libri anno V. c. 573. reperti & à Prætore lecti, damnatique, & in publico foro combusti sunt.

Ab anno 3400. ad 3500.

Holda Prophetissa sapientiâ nobilis Hierosolymis scholas moderatur: *Genebr.*

Septem sapientes in Græcia florent. Thales* Solon* Periander* Cleobulus* Chilon* Bias* Pittacus.

Epimenides Cretensis.

Anacharsis Scytha Athenas venit 3462.

Æsopus moralem Philosophiam per fabulas tradit.

Thales Milesius ab Ægyptijs doctus Jonicæ Philosophiæ genus instituit.

Massilia condita, & apertis Alpibus, Philosophia ad Gallos & Britannos accessit, Druidis illam tradentibus.

Ab anno 3500 ad 3600.

Anaximander Zodiaci repertor * Xenophanes Eleaticæ sectæ parens * Pythagoras Samius Staticæ Philosophiæ conditor * Cleostratus duodecim in Zodiaco signa notavit * Heraclitus * Democritus * Philolaus Crotoniata, qui terram circa solem circumvolvi primus docuit * Diagoras * Harpatus qui Cyclum Lunisolarē instituit.

Parmenides Eleatas dialecticæ inventor: quique primus terram rotundam in omnium orbium centro statuit.

Anaxagoras Clazomenius ex Asia scholam transtulit Athenas, ubi Socratem, Euripidem & Periclem docuit.

Ab anno 3600. ad 3700.

Socrates moralem Philosophiam è cælo à Cicerone devocâsse dicitur * Melissus Physicus * Empedocles Agrigentinus * Meton Enneadecateridem publicavit 3621 * Leucippus Atomorum inventor * Democritus Abderita.

Plato

Plato veteris Academiæ institutor * Euclides Megarensis auctor sectæ contentiosæ * Antisthenes Cynicus * Architas Tarentinus * Aristippus, à quo secta Cyrenaica * Eudoxus Gnidius * Lysis Pythagoricus, cujus aurea carmina sub Pythagoreo nomine circumferuntur.

Ab anno 3700. ad 3800.

Phædon Eliensis Eliacæ sectæ conditor.

Speusippus Platonis nepos, ejusque in Academia successor.

Aristoteles Peripateticorum Princeps * Xenocrates Speusippi successor * Philippus Metonensis * Callipus Cyzicenus auctor Periodi * Anaxarchus Abderita * Diogenes Cynicus * Crates Thebanus * Theophrastus Philosophiam Aristotelis exornat.

Epicurus voluptatis patronus * Zeno Cythicus Stoicorum parens * Strabo Theophrasti successor.

Aristotelis libri Attali II. metu, libros undique colligentis, conduntur à Neleo sceptio, & diu latent.

Ab anno 3800. ad 3900.

Jesus Sirachi f: Ecclesiasticum ex Ethicis Salomonis libris conciñat. *Huetius ex aliis.*

Berosus Chaldæus Astron: * Apollonius Pergæus * Aristarchus Samius * Archimedes Syracusanus Mathēatici nobilissimi.

Cleanthes Stoici Zenonis, Lyro seu Glyco Stratonis Peripatet: auditor * Athenodorus Solensis * Isterius * Hermippus Smyrnensis * Lacydes novæ Academiæ auctor * Chrysippus Cleanthis discipulus * Eratosthenes * Agatarchides Gnidius, Panætius.

Euclides Geometra sub Ptolomæo Lagi. *Malè à quibusdam cũ Megarensi confunditur.*

Ab anno 3900, ad 4000.

Arcesilas auctor Acad: II* Pyrrho Sceptius, à quo Sceptici seu Pyrrhonij, quibus omnia incerta.

Tarsus in Cilicia nobile litterarum Emporium: *Strabo* lib. 14.

Hipparchus & Geminus Astron * Aristobulus Philoso: Hebræus * Carneades Cyren: à quo Academ: III. Ctesibius Pneumaticus * Hiero Mechanicus * Philo & Charmides Academ: IV. Antiochus Philonis auditor Academ: V. conditores * Diogenes Stoicus * Philo Laudatus & Dionysius Magnesius Ciceronis Magistri.

Crotalaus Peripatet: * Zeno Epicureus quem Cicero laudat.

Captis per Syllam Athenis Aristotelis & Theophrasti libri ex bibliotheca Apellicontis Romam deferuntur, teste Plutarcho. Hinc Aristotelica secta, qua per tria jacula aruerat,

rat, Andronico primo Aristotelis Scholiaste annitente, revirescit.

Ab anno 4000. ad 4053.

Marcus Tullius Cicero & M. Terentius VarroRomanonũ ante se omniũ doctissimi.

C. Nigidius Figulus, Anaxylides Laryssæus Pythagorici & Magicæ artis suspecti.

Andronicus Rhodius * Jason Stoicus * Theodorus Tripolites Philosophi.

Sosigenes Astronomus, cujus præcipuè operâ Cæsar Kalendarium instauravit.

M. Vitruvius Pollis Architect: princeps Dionysius Geographus.

SERIES X.

Jurisprudentia & Medicina post diluvium usque ad Christum.

Ab an. 1657. ad 2039.

SÆculum sine principibus ac legibus & procul à bellis aureum à poëtis est appellatum.

Zundavastavu pervetustum legum Persicarum codicem, qui ab Eusebio *Persicarum rerum collectio:* Zoroastri à Deo datum, Hebræorum gloriam æmulantes Persæ finxerunt.

Medicina inventa est à Tosorthro Ægypti Rege, quem Æsculapium dixêre. Scripsisse

fisse fertur Anatomicos Libros. *Videripotest Marscha: in Canon. Chronol Sacul. 2.*

Ab anno 2039. ad 2300.

Prima Lex Abrahamo datur à Deo circumcisionē illi & posteris imperante 2125.

Phoroneus primus in Græcia leges condit. Vagos ac dispersos homines in unum cogit & mœnibus sepit 2247.

Hæc Græci affirmant, sed negat Ioseph in dissert: adversùs Apionem, docetq; Græcorum omnes legislatores præ Mose recentes esse.

Ab anno 2300. ad 2500

Medicinæ repertorem Apim Ægyptium plurimi agnoscunt.

Cùm Apis imagini Symbolum solis inesset hinc Æsculapium suum quem Græci Medicinæ parentem prædicant, Apollinis filium dixêre.

In Josephi Patriarchæ familia fuisse servos medicos sacræ litteræ testantur. *Genes: 50.*

Ab anno 2500. ad 2600.

In sina monte leges à Deo acceptæ Hebræis per Mosen datæ.

Eodem prorsus anno 2545. quo Moses Synedrium instituit, Athenis Areopagus est institutus. *Salianus.*

Mosen

Mosen medicæ artis peritum, ac proinde ob hoc etiam ex eo Æsculapium effictũ à Græcis fabularum architectis contendit *Heutius im demonstrat: Evangel:*

Ab anno 2600. ad 2700.

Vetustissimum codicem *Chaster* religionis dogmata complexum per hæc tempora à Deo traditum Bremavio Patriarchæ Indi fabulantur. *Huetius.*

Minos Cretensibus, Rhadamantus Lyciis jura severissima tradunt.

Melampus Argivus Medicus: huic templum erectum & Sacrificia statuta scribit Pausanias lib. 1.

Libri tamen, qui sub ejus nomine prodiere supposititi censentur.

Ab anno 2700. ad 2800.

Mercurius Ægyptiorum legislator *Cic. de natura Deorum. Lactantius l. c. 6.*

Indi à Baccho domiti & mansvetiorum legum cultu imbuti sunt. *Arrian de gestis Alexandri.*

Acrisius Argivorum Rex Amphyctiones, gravissimum Græciæ consilium instituit. Alij tradunt ab Amphyctione Heleni filio constitutum. Constabat ptimò ex septem, postea ex decem Græciæ civitatibus *Strabo lib. 8. 9.*

Ab

Ab anno 2800. ad 2900.

Athenienſibus à Theſeo leges datas, Plutarchus docet in vita ejuſdem.

Chiron Medicus Panaceæ inventor & Achillis Præceptor.

Æſculapius Chironis diſcipulus & apud Græcos Medicorum celeberrimus, qui ab Ægyptio Æſculapio hoc ei nomen fecerũt.

Cicero lib. 3. de nat. Deor. tres Æſculapios agnoſcit.

Machaon & Podalirius Æſculapii filii, & artis hæredes, Trojani belli temporibus curandis vulneribus celebres.

Ab an: 2900. ad 3000.

Italus Telegoni filius, leges Oenotriis tulit. *Hygin. fab. 127.*

Prodicus Æſculapii diſcipulus, medicinam inſtituit, quam Jatra lepticea vocant Plinius lib. 29. c. 1.

Iatra leptice Medicina apud veteres erat, qua unguentis & perfrictionibus medebatur corporis morbis, Iatraplita ſunt quorum operâ medici in ungendo corpore utebantur.

Ab anno 3000. ad 3100.

Celeberrimum Salomonis judicium inter fœminas de filio contendentes.

Salomone Rege medicos floruiſſe docet ejuſdem documentum de honore medicis habendo apud Eccleſiaſticum cap. 38.

Quin

Quin & ipsum Salomonem medica scripsisse testantur Josephus & alii: ac inter ea censendi libri de virtutibus plantarum, quas posteris naturæ scrutator egregius aperuit.

Ab anno 3100 ad 3200.

Lycurgus Charilai nepotis tutor integerrimus, & Spartanorum legislator 3170 ad temperandum solutum Regum imperium Synedrion 28. Seniorum addidit *Plutarch.*

In Medicorum arte plus quàm in ope divina spei posuisse, Asæ Regi meritò vitio datur. *Paralip 2.*

Atque hinc Medicos hoc ævo magno in honore fuisse conijcimus.

Ab anno 3200 ad 3300.

Ephori Spartæ instituti à Theopompo Rege 3294.

Tales erant Ephori apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis; ut enim à Consulibus ad Tribunos, ita à Regibus ad Ephoros cuiáj provocare licebat.

Medicos magnopere ab Hebræis cultos Isaiâ vaticinante conjectare licet *ex cap. 3. Prophet.*

Ab anno 3300. ad 3400.

Zeleucus legislator severissimus paulò post Locros conditos leges eis tulit.

Draco sub initium sæculi sequentis, non tam atramento quàm sanguine jura scribit.

Ab anno 3400. ad 3500.

Solon abrogatis Draconis legibus commodiores Athenienſibus tulit 3460.

Herophilus Medicus qui Phalaridem tyrannum sanitati restituit, testibus *Ciceron*e *Plinio & Plutarcho*.

Mirũ est quod proditMart. Capella lib 3

Herophilus agrorum venas Rhythmorum collatione pensabat.

Herophilus & Herasistratus nocentes homines à regibus ex carcere acceptos vivos incidebant. *Cels lib. 1. cap. 1.*

Ab anno 3500. ad 3600.

P. Papyrius colligit jus Roman: quod ab eo Papyrianum est appellatum.

Zamolkis Pythagoræ auditor leges dat Getis.

Confucius legislator Sinarum 3562.

Democedes, Acron Agrigentinus Medicinæ Empyricæ parens.

Herodicus Magister Hippocratis.

Ab anno 3600. ad 3700.

Charondas Thurinis* Archita Tarentinis* Parmenides Eleatibus* Eudoxus Gnidiis jura describunt.

Romani Decemviri leges à Græciæ civitati-

tatibus acceptas in duodecim tabulis descriptas proponunt; eas exul Hermodorus Ephesius interpretatur.

Hippocrates Medicorum Princeps.

Ctesias Gnidius * Philisthio Siculus * Crito Cosmeticæ inventor * Menecrates Syracusanus * Eudoxius Gnidius.

Ab anno 3700. ad 3800.

Appius Claudius cæcus Juris cõsultissimus.

Tiberius Coruncanus primus jus civile Romæ professus est.

Thessalus & Draco filij * Polybus Gener * Dexippus Cous Hippocratis discipulus * Nicias Pyrrhi R. * Philippus Acarnan Alexandri M. Medici.

Erisistratus & Cleombrotus, de quo Harduinus in Plin: lib. 29. c. 2.

Ab anno 3800. ad 3900.

Sextus Ælius Pætus ab Ennio laudatus, à quo jus Ælianum.

Cato Censorius * M. Cato ejusdem filius, * & Scipio Nasica jurisperitissimi.

Eratosthenes Cyren. Historicus, philos: Medicus *

Aradeus Cappadox hoc ævo Medicæ artis gloriâ floruit.

Archagatus primus è Græcia Romæ Medicinam profitetur an. 3975. Plin.

Ab anno 3900. ad 4000.

M. Manilius Q. Mut. Scævola, F. Q. Mut. Scævola Q. Auguris F. * M. Junius Brutus, C. Martius figulus, Gn. Ausidius. C. Antistius Labeo senior, juris oracula.

Nicander Colophonius, Asclepiades Prusæus, qui neglectâ Hippocratis medendi ratione novam condidit.

Mithridates Rex Ponti, cujus Medicos libros Pompejus latinè verti mandavit.

Ab an. 4000. ad 4053.

Appius Augue * Q. Ælius Tubero * Servius Sulpitius Semonia * L. Attejus capito, * C. Antistius Labeo Junior, Jurisperitorum Principes.

Themison Laodicenus Asclepiadis Magistri sectam mutavit, & aliam inter medicos excitavit.

Crateras * Apollonius Crassi libertus * Philoteus Amphissenus * Dioscorides Herophileus * Artorius Augusti Medicus, *Hunc Vossius cum Antonio confundit.*

SERIES XI.

Historici Sacri ac profani, & litteræ Humaniores à diluvio usq; ad Christum natum.

Ab anno 1657. ad 2039

Utrùm

UTrùm ante Babylonicam linguarum confusionem litterarum usus repertus fuerit, incertum est.

Ex duabus & septuaginta linguis, quæ natæ sunt in Babylonica confusione, septē supereſſe censentur, quæ ideo matrices appellantur. Hebraica, Arabica, Græca, Sclavonica, Germanica, Tartarica, Latina, de qua lis est apud eruditos.

Hieroglyphicæ litteræ à Mercurio I. apud Ægyptios inventæ: iis occasio postea data est, Deos pingendi monstrosis animalium formis. *Euseb.*

Ab anno 2039. ad 2300.

Assyriis litterarum elementis à puero assuetus Abrahamus, ubi ad Chananæos accessit, ejus gentis litteris usus est.

Nec earum usum abiecêre Abrahami posteri, quoad in Chaldæa captivi priscas Assyrias resumpsêre *Huetius.*

Ægyptii artium inventa, & historias describebant in columnis & stelis, easque in specubus asservabant, quos dixerunt Syringes.

Ab anno 2300. ad 2500.

Grammaticam à Pronetheo inventam Græcorum secuti fabulas Svidas & Cedrenus affirmant.

Foy, gentis Rex, Sinenses Characteres

uti Kircherus tradit ex eorum monumentis, & Rex Memnon Ægyptiacos invenit.

Hieroglyphicas tamen litteras ante Athotis sive Mercurius l. *invenerat.*

Ab anno 2500. ad 2600.

Moses Pentateuchum & Jobi historiam poëticè digestam, & Josue in libro cognomine res à se gestas describit. *Interpretes.*

Poësis exortum agnoscunt plurimi in Mosis & Mariæ cantico post transitum maris rubri an 2544.

Zoroastis enim poëmata ab Hermippo illustrata supposititia censentur.

Cadmus Europam sororem quærens, litteras à Phœnicia deportat in Græciã 2596.

Ab an. 2600. ad 2700.

Phœmonoë vates Delphis reddit oracula, heroicis versibus, quorum primus latinè redditus fuisse fertur à Strabone l. 9. Georg.

Et pennas volucres, & apes dare mella favosque.

Olen Lycius hymnos composuit, qui cantari solebant in Delo. Herod. l. 4.

Linus Thebanus Rhythmorum & Melodiæ apud Græcos invẽtos, Orphei Magister.

Ab anno 2700. ad 2800.

Sanchoniaton Phœnix historicus post Moysen antiquissimus, à quo didicit.

Pit-

Pittherus Theſei maternus avus eloquentiæ primus præcepta propoſuit.

Debbora vates & Poëtria, ut liquet ex ejus cantico.

Orpheus Poëta: Carmina tamen illius nomen præferentia meritò tribuuntur Onomacrito, qui floruit ſeculo 36.

Muſæus Hymnographus Orphei diſcipulus.

Ab anno 2800 ad 2900.

Eloquentiæ tria genera in Menelao Neſtore & Ulyſſe apud Homerum plerique agnoſcunt.

Paris Alexander Antrandri ſub Ida monte litteris excultus Ceſton Veneris ſcribit. *Athenæus.*

Daphne Tireſiæ filia Poëtria nobilis, cujus carminibus profecit Homerus.

Nicoſtrata quæ carminibus reddens oracula dicta eſt Carmenta, ex Arcadia cum Evandro litteras affert in Latium.

A Palamede plures Græci characteres inventi.

Ab anno 2900. ad 3000

Samuelis Judicum & Ruthæ hiſtoriam plerique tribuunt, ac ſimul partem primam libri, qui Samuel inſcribitur §§. *Interpretes* Davidi, Sacrorum poëtarum principi, præcipuam pſalmorum partem adſcribunt §§. *Interpretes.* Sya-

Syagrius Poëta Græcus, teste Æliano, bellum Trojanum ante Homerum cecinit.

Ab anno 3000. ad 3100.

Natan & Gad partem libri primi, & totum omnino librum secundum Samuelis scripserunt.

Dares Phrygius bellum Trojanum ante Homerum scripsit.

Proverbiorum, Ecclesiastis, & Cantici libri nobilissima sunt Salomonis poëmata.

Homerus & Hesiodus fere æquales: ut habent plures.

Ab anno 3100. ad 3200.

Jonas propheta scripor rerum suarum.

Asclepiades Cyprius historicus regnante Pygmalione, *Quo tempore, quod mirum videtur, scribit ibi usum carnium non fuisse. Videatur S. Hieronym. l. 2: adversus Iovinianum.*

Lycurgus ex Jonia primus Homeri poëmata tulit in Peloponesum. *Plutarch. in vita*

Ab an 3200 ad an. 3300.

Amos, Oseas, Joël, sua vaticinia scriptis consignant, & quia prophetarum more vaticinijs non pauca admiscent historica, ideo historicis accensentur.

Omnis Graecorum historia, quae praecessit Olympiades, videtur Varroni fabulosa.

Ab

Ab anno 3300. ad 3400.

Tobias pater & filius librum sibi cognominem scribunt, eâ parte demptâ, in qua agitur de filii morte. Ita §S. *Interpretes.*

Liber qui nomen Isaiæ præfixum gerit, eidem jure tribuitur.

Eumelus sive Thymelus Corinthius Bugoniæ & Europæ auctor.

Archilogus Jambi repertor.

Tyrtæus * Alimanius, poëtæ * Megalostrata poëtria.

Ab anno 3400. ad 3500.

Jeremias * Barach * Daniel * Ezechiel sua vaticinia scribunt.

Liber Judith scriptoris incerti Babylonicæ captivitatis tempore, ut putat *Huetius*

Solon Cicerone teste primus eloquentiæ nomen meruit.

Alcmanius Messenius * Lesches auctor parvæ Iliadis * Terpander * Stesichorus * Sappho * Alcæus * Susarion Comœdiæ veteris inventor, Poëtæ.

Pisistratus Homeri libros antea confusos sic disposuisse dicitur, uti nunc habemus, *Cicer. 3 de orat.* hoc est in Iliadem & Odissæam, ut interpretatur Ælianus.

Ab anno 3500. ad 3600.

Ab Esdra scripti III. & IV. Regum libri

&qui

& qui ejus nomen præfert, si priora sex capita demantur. *Thalmudista tribuunt Ierem.*

Pheterecydes Syrus primus apud Græcos liberâ numeris oratione scribere aggressus.

Mellanicus Mytilen: historiam ornat.

Jones à Persis victoribus fictarum historiarum artem vulgò *Romanzi* discunt & ab his transit ad Græcos. *Huetius.*

Oratio funebris primò habita Romæ in laudem Bruti consulis à P. Valer: Publicolâ collega.

Theognis * Hipponax * Anacreon * Thespis tragœdiæ parens * Simonides qui memorandi artem invenit * Onomacritus * Pindarus Poëtæ.

Abanno 3600. ad 3700

Herodotus * Thucydides * Cratippus * Xenophon historici.

Empedocles dicendi præcepta primus dedit, sed illa Chorax & Tysias postea vulgârunt.

Pericles * Gorgias Leontinus * Protagoras * Lysias * Andocides * Theocritus * Chius Oratores.

Aristophanes * Sophocles * Euripides Poëtæ. Cleobulina & Telesilla Poëtriæ.

Dionysius Grammaticus Platonis præceptor.

Jam-

Lamprus & Heus grammatica scripsisse videntur *ex Aristotele.*

Ab anno 3700. ad 3800.

Hecateus Abderita * Abydenus Palephatus * Parius auctor marmoris Arundeliani, sive oxoniensis Megasthenes (non Metasthenes) Indic: Histori:

Isocrates * Theodectes * Naucrates * Theopompus * Isæus * Demosthenes * Demetrius Phalereus Oratores.

Comœdiæ Athenis vetitæ an 3814.

Menander novæ Comœdiæ Princeps.

Quamvis Laërtio teste Plato primus Grammaticã invenerit, certior tamen hujus artis inventor Aristoteles agnosci solet.

Ab anno 3800. ad 3900.

Manethos * Philocborus * Berosus * Eratosthenes * Cassias Hemina historici.

Cethegus Cos: * M. Porcius Cato Tiber. Sempronius Gracchus * Diophanes Mytilen. Oratores.

Poëtarum Plejas, in qua Theocritus * Ararus * Lycophron * Callimachus * Apollonius * Homerus Iunior.

Prima fabula data Romæ à Liu: Andronico.

Nævius * Ennius * Plautus * Terentius * hisce temporibus claruerunt.

A Bel-

A Bello Punico II. diligentiùs culta est lingua latina.

Crates Mallotes primus Romæ Grammaticus.

Ab an. 3900. ad 4000.

Q. Fabius Maximus * Servilianus * Calpurnius Piso * Polybius * Alexander Poly: Historic. * L. Sisenna * L. Claudius Quadrigarius Historic:

Æmilius Lepidus * Servius Galba * L. Crassus * M. Antonius * Q. Hortensius Oratores.

L. Plotius Gallus, qui primus Romæ latinam Rhetoricam professus est * Hierocles * Apollonius Molo * *per quos Cicero profecit.* Nicander * Turpilius * Pacuvius * L. Attius Senior & Junior * Lucilius * Q. Atta Togatarum scriptor * Lucretius * Catullus Poëtæ.

Aristarchus Grammaticus.

Ab anno 4000. ad 4305.

Sallustius * Cornelius nepos * L. Arruntius * Cheremon * Diodorus siculus * Cæsar historic.

M. Tullius Cicero * Scribonius curio * M. Antonius Triũvir * Timagenes Oratores.

Elpidius sextus * Clodius Siculus * Porcius Latro Rhetores.

M. Te-

M. Terentius Varro * Archias * Æmilius Macer * P. Virgilius Maro * Horatius, Domitius Marsus * Tibullus * Propertius Albinovanus * Aulus Sabinus & alij Poëtæ. Tyrannio Varro * Attejus * L. Varius * Plotius * Tucca: Grammatici & Philologi.

SERIES XII.

Artes, & nova inventa à diluvio usque ad natum Christum.

Ab an. 1657. ad an. 2039.

NOë primus è vitibus vinum expressit. Necessitate Magistrâ quæ contra temporum injurias præsidium quærebat, inventa est ars ædificandi.

Pictura inventa 200. circiter post diluvium annis. *Vti Salianus refert.*

Thare Abrahami pater Plastes primus Simulacra fingit ex creta.

Zoroaster magicarum artium inventor habetur: falsò tamen illi tribuitur liber Zind, quo Magicos ritus, & ignis colendi disciplinam ajunt contineri.

Ab ann 2039. ad 2300.

Rudis statuarum origo è saxis informibus, quas statuas Stelarum Cedrenus appel-

pellat *lib. 4.* ijsdem succesſêre vel columnæ vel coni.

Oſiris Ægypti Rex, cujus uxor Iſis, ſeu Ceres Pharia agriculturã docuit Ægyptios.

De Oſiride & Iſide omnia incerta & obſcura & veriùs fabuloſa ſunt.

Phlegon Phoronei Argorum Regis frater, primus apud Græcos annis & menſibus metitur tempora: quam dimenſionem Hebræi & Ægyptii jam ante nôrant.

Ab an. 2300. ad 2500.

Betylia, hoc eſt, lapides uncti ab Urano ſive Cælo Deo, ut Sanchoniaton tradit, inventa ſunt; erant hæſtatuę horũ temporũ.

Aliquid melius in ſimulacris effingendis Ægyptij conati ſunt, ita tamen ut vix oculi diſtinguerentur, & nec brachia nec pedes disjungerentur, ut videre eſt in tabulis antiquis.

Ab anno 2500. ad 2600.

Cùm Dij ſub animalium formis in Hieroglyphicis notarentur, prima apud Ægyptios Deorum ſimulacra fuerunt animalia & præcipuè boves. Hinc vitulus aureus Hebræorum Ægyptios imitantium.

Trochilus currum primus jungit 2507. Alij id tribuunt Erichtonio Regi.

Panathenaici ludi Delphis 2565.

Hercules Phœnicius ſeu Tyrius, purpu-

ram

ram à cane, maxillas cruentato edoctus monstravit; huic postea humanis victimis sub Molohi nomine litatum est. Prometheus ignem è silice eliciendi rationem invenit; hinc fabulæ locus de igne è cælo allato.

Ab anno 2600. ad 2700.

Idâ monte conflagrante incolæ Dactyli ferri fundendi rationem discunt 2613.

Eumolpus mysteria Cereris instituit.

Acrisius & Prætus Argivi clypeum primi adhibent in bello.

Isthmiorum ludorum institutio per Pelopem Tantali filium Pisæ Regem 2693.

Ab an. 2700. ad an. 2800.

Orpheus Lyristes celeberrimus feras sylvas & saxa, hoc est, rudes homines traxisse scribitur.

Pluto Jovis frater funerum Pompam primus adhibet, & inde Inferorum Deus à poëtis dicitur.

Neptunus pariter Jovis fr. nauticæ rei, cui præerat, peritissimus maris Deus appellatur.

Argonautæ clarent, inter quos Jason 2793. eorum ductor Tiphys.

Ab anno 2800. ad 2900.

Hercules Alcmenæ f. Olympicos ludos restituit 2836.

Dædali inventa promovendis artibus opportuna, ascia, serra, terebra, perpendiculum, glutinum, ithyocolla. Idem primus in statuis apertos oculos & crura disjuncta, & brachia à corpore disparata faciens hominum admirationem obtinuit *Diodor l.4:* Idem primus navibus aptavit vela: quæ figmento poëtarum in alas sunt conversa.

Latrunculorũ ludus à Palamede inventus.

Ab an. 2900. ad 3000.

Apaturias, hoc est deceptionis festum ab Athenienſibus institutum, cùm Xantus Bœotorum Dux Melanthi astu cæsus esset.

Regem hunc Athenienſium alii Thimantem appellant apud Eusebium, traduntq; Melanthum ejus fuisse successorem.

Ab anno 3000. ad 3100.

Navigatio Salomonicæ classis, seu potiùs Cataldi in Ophir, nauticæ rei gloriâ floruisse Hebræos eâ tempestate doceret, nisi Tyriorum præcipuè ope id factum ex sacris litteris noſceremus.

Æneam tubam Pisæus Tyrrhenus invenit *Plinius*.

Sesostris itinera sua in tabulis proponens, Geographicarũ tabularũ rudimenta dedit.

Ab anno 3100. ad 3200.

Pictores, qui monocramata uno usi colore

lore pinxerunt, videntur ex Plinio hoc sæculo statuendi l. 35. c. 9.

Hygiemon * Dimas * Charmidas.

Rhodii maritimâ potentiâ florent.

Nummorum usus Lacedæmone à Lycurgo vetitus.

Orchyades Lacedæmonius Argivis, qui ceciderunt in prælio, spoliatis de eorum clypeis trophæum erexit, & suo sanguine inscripsit. *Plutarch. in Parall.*

Ab anno 3200. ad 3300.

Emaurus jungendo marem fœminamque primus discrevit, & figuras omnes ausus est imitari. Cimon Cleoneus Emauri inventa excoluit, varias vultuum formas & Catagrapha invenit.

Lupercalia instituta à Romulo 3298.

Ab anno 3300 ad 3400.

Bularchi Pictoris tabulam Candaules auro rependit.

Micciades Malatis f. & Anthermus ejusdem nepos; statuarii.

Horologia solaria apud Hebræos: ut liquet ex miraculo solis retrocedentis.

Annus correctus à Numa additis duobus mensibus 3342.

Numus Romæ primò sub Numa cusus, hinc illi nomen.

Glaucus Chius primus ferrum glutinavit.

Plastice in Italia primò apparuit sub Demarato Tarquinii prisci patre.

Carnia in honorẽ Apollinis instituta 3318.

Ab anno 3400. ad 3500.

Bupalus & Athenis Malatis pronepotes, & post hos Dipænus & Scyllis Cretenses marmore scalpendo apud Græcos inclaruêre: Plin:

Pancratiũ additũ ludis Olympicis 3406.

Gambrivius Tuiscorum Rex VII. Cervisiam primus decoquere docuit an. 3414. *Si rectè tradit & numerat Achilles Gassarus in Epi: Chron:*

Simulacrum Jovis Capitolini fictum à Turriano Plaste, sub Tarquinio Prisco Rege.

Agon Nemæus per Argivos 3478. Sappho Poëtria primò plectrum excogitavit.

Ab anno 3500. ad 3600.

Anaximander Milesius horologia solaria primus apud Græcos inducit: Tabulas geographicas perficit, quarum rudimenta dederat Sesostris.

Pythagoras lyræ chordam addit; & notato fabrorum sonitu Musicam perficit.

Athenienses Tyrannicidis Hermodio & Aristogitoni statuas ponunt 3544.

Saturnalia instituta 3557.

Thespis poëta personas invenit.

Ab

Ab anno 3600. ad 3700

Panænus Phidiæ fr. quem in picturæ certamine Corinthi Timagoras vicit.

Polygnotus Thasius plurimum picturæ contulit, siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare: sed supra hos aliosque hujus ævi pictores Zeuxis, Parrhasius ac Timantes inclaruêre.

Statuis sive ex ære sive ex marmore elaborandis gloriam summam adepti sunt Phidias, Scopas, Myron, Pythagoras, Phydias autem Toreuticen non invenit, ut Plinius tradit, sed perfecit.

Ab anno 3700. ad 3800.

Artemon * Gallius * Pamphilus Apellis Magister * Apelles princeps pictorum * Protogenes ejus æmulus, artis apicem attigerunt.

Aristides Apellis æqualis primus animum pinxit *Plinius.*

Æra Seleucidarum A. V. 442. *Videatur Noris in Epocha Syro Maced.*

Simulacris effingendis vel ex ære vel ex marmore super omnes hujus ævi excelluêre Lysippus * Pyrgoteles * Praxiteles.

Colossus Rhodius artifice Charete Lydio.

Romæ nummus argenteus primò cusus 378.

Ton-

Tonsores primùm à Sicilia P. Ticinius Romam adduxit.

Ab anno 3800. ad 3900.

Agesander, Polydorus, & Athenodorus Rhodij, quorum est Laocon in Vaticano servatus: opus omnibus & picturæ & statuariæ artis præponendum ex Plinio.

Methrodorus Philosophus & pictor.

Ctesibius tonsor Pnevmatica & hydraulica Organa invenit, regnante Evergete *Athen. lib. 4.*

Floralia 3814. Ludi Apollinares 3843.

Archimedes Syracusanus speculis naves incendit 3840.

Romani primò usi auro signato 3847.

Ludorum Megalensium origo 3850.

Horologium ex aqua Romæ primò factum 3895.

Ab an. 3900. ad 4000.

Lala virgo Cyzicena Pictrix, Varronis inventa Romæ & penicillo pinxit, & cestro in ebore.

Posis ex eodem Varrone Plastes nobilis à quo facta poma & uvæ, ut non posset quis discernere à veris.

Arcesilaus Plastes Luculli familiaris. Incensâ à Mummio Corintho 3908. æs

Co-

Corinthium fluxit, cui luxuria postmodum pretium fecit vel ante aurum. *Plin.*

Ab anno 4000. ad 4053.

Æra Hispanica A. V. 716. A. C. 38.
Æra Antiochena A. V. 723 A. C. 31.
Æra Laodicena A. V. 724. A. C. 30.
Æra Alexandrina sive Ægyptiaca eodem anno.
Ludi quinquennales 4020. sæculares 4037
Timomachus Byzantius sub Cæsare pictor
Ludi sub Augusto celebrātur inter Pictores
Inter Statuarios memoratur à Varrone Pasiteles. Aliorum opera quoque celebrantur, sed tempora silentur.

SERIES XIII.

Natales Urbium & Architecturæ à diluvio usq; ad Christum.

Ab anno 1657. ad 2039.

HOrtante Nembroto Chusi filio, Chami nepote turris & urbs Babylon ædificatur 1854. Aliqui urbem multa post sæcula conditam malunt.

Memphis à Mene conditur in Ægypto, Ninus ad Tigrim Niniven condit.

Nisi-

Nisibis in Mesopotamia, & aliæ urbes extructæ. Semiramis Babylonem magnificentiùs auget.

Pyramides non ad horrea, ut aliqui falsò putant, sed ad regum sepulchra inter Deltam & Memphim erectæ: ideoque non Thinitæ sed Memphitæ reges earum auctores habendi sunt.

Ab an. 2039. ad 2300.

Suphis Memphis in Ægypto Rex pyramidem omnium maximam ante natum Aram Abrahami fratrem erexit.

Cres Cynossum in Creta condit 2097.

Eleusis, unde sacra Eleusina, ab Ogyge condita 2272.

Ab anno 2300. ad 2500.

Sparta à Sparto Phoronæi f. condita 2336, alij malunt à Lacedæmone, cujus uxor Sparta.

Memnonis statua ad solis exortum vocalis 2438, à Cambyse postea dississa.

Pyramides aliquot in Ægypto à Pharaone Oro erectæ 2480.

Athenæ à Cecrope fundatæ 2495.

Ab anno 2500. ad 2600.

Corinthus instaurata, quæ priùs Ephira dicebatur.

Dardania, quæ postea Troja dicta est, condita à Dardano 2574.

Delphicum templum Apollini sacrum.

Ab

Ab anno 2600. ad 2700.

Thebæ in Bœotia per Cadmum conditæ 2620. *Seu potius Cadmia, cui postea adjecta Theba.*

Corinthus per Sisyphum iterum instaurata 2630.

Amphion Thebas manibus cingit. His per conciliatos bland â oratione agrestes homines, extructis, magnam poëtis licentiam fecit mentiendi de lapidibus in muros coëuntibus ad Amphionias fides.

Ab anno 2700. ad 2800.

Nysa urbs propter Indum fluvium à Baccho condita.

Cyzicus in Hellesponto fundata 2771.

Miletus coloniarum postea multitudine celebris in ora maris 2779.

Tyrus in Phœnicia instauratur 2783.

Laomedon Trojæ muros erigit 2794. mox ob negatam Herculi & sociis pactam mercedem ab illis obtruncatur.

Ab anno 2800. ad 2900.

Labyrinthum Cretensem à Dædalo 2800. elaboratum plurimi scribunt: *Sed revera labyrinthus nil aliud fuit, quàm ingentes ac tortuosa sectura, quæ ad radices Idæ montis facta sunt, cùm lapides ad Gnosson aliasque urbes*

bes condendas exciderentur, Huetius in demonst: Evangel:

Scylaceum in Brutiis Athenienſiũ colonia.

Laurentum ab Ænea conditum 2872.

Ab anno 2900. ad 3000.

Alba condita in Latio ab Aſcanio filio Æneæ 3903.

Præneſte à Telegono Ulyſſis filio & Tuſculum, nunc dirutum ab eodem conduntur nunc Fraſcatum dicitur, quod ex reliquiis prioris conditum eſt.

Plura in Leſbo conduntur oppida, inſula frequentatur.

Ab anno 3000. ad 3100.

Smyrna & Cumæ 3003 * Epheſus 3007 * Samos 306 conditæ.

Templum Salomonis omnium celeberrimum 3023. cœptum, 3030. abſolutum.

Ejuſdem regia 3031. Thronus 3042.

Labaris, ut Euſebius, ſeu Lachares Rex Ægytius in labyrintho ſepulchrum ſibi paravit. Plin. id opus tribuit Peteſeuco Regi ſive Tithoë.

Templum Dianæ Epheſinum plurimorum regum opus, Architectis Theodoro & Cteſiphonte, ſed hoc magnificentius potiùs eſt auctum quàm conditum.

Ab anno 3100. ad 3200.

Bononia ab Etruſcis condita duobus ante Romam ſæculis. *Volateran.*

Sama-

Samaria regia Regum Israël 3112.

Hiericho reparatur ab Hiele 3122.

Carthago cæpta 3147. Absoluta 3166. à Didone Tyria. Alij tamen malunt urbem longè ante à Zoro & Carchedone conditam, solamque arcem Byrsam à Didone ædificatam affirmant.

Lemnius Labyrinthus hoc sæculo, fortasse ad imitationem Ægyptii.

Ab anno 3200. ad 3300.

Vienna in Gallia fundata 3218.

Capua in Campania condita 3253.

Obeliscus omnium maximus, qui ante Lateranensem ædem Romæ prostat, jussu Rameßis Regis Ægyptij à 20. hominum millibus elaboratus. *Plinius.*

Ozias urbes plurimas ædificavit. Par: 2.

Ab anno 3300. ad 3400.

Roma à Romulo condita 21. April: 3301. dies dictus Palilia.

Naucratis in Ægypto à Milesiis 3305.

Syracusæ ab Archia Herculis nepote 3313

Catanam in Sicilia Caloydij condunt 3314.

Sybarim & Crotonem Myscellus condit.

Cyzicus in Hellesponto* Locri in Italia 3371. Abdera Lampsacus Clazomene 3398

Ab anno 3400. ad 3500.

Selinus in Sicilia à Megarensibus 3406.

Dyrachium 3430. Ostia ab Anco Martio extructa 3432.

Perinthus in Thracia * Camerina in Sicilia 3450. * Massilia à Phocensibus 3454.

Labyrinthus Ægyptius 3457.

Hortos pensiles Babylone Nabucodonosor instituit, munit & ornat.

Ab anno 3500. ad 3600.

Cyrus in Ecbatanis 3504. domum habuisse scribitur, ex lapidibus pretiosis versicoloribus auro vinctis *Athen. lib. c. 3.*

Labyrinthus Porsenæ Clusij Regis *Plinius.*

Puteoli à Samijs conditi 3535.

Capitolium à saxo quadrato, cloacæ & stratæ silice viæ hoc jam sæculo Romæ Majestatem aliquam spirabant.

Sena in Etruria & Senogallia in Umbria à Gallis Senonibus Brenno duce condita.

Ab anno 3600. ad 3700.

Mnesicles architectus arcem Atheniensem delineat 3614.

Ancona à Syracusanis, Dionysij tyrannidem fugientibus conditur.

Alexia in Dalmatia à Dionysio 3670.

Fanum Fortunæ conditum.

Ab anno 3700. ad 3800.

Artemon Glazomenius obsidionales machinas invenit 3612.

Callias Atheniensis usum minij monstrat Arte-

Artemisia marito Mausolo Cariæ Regi sepulchrum nobilissimum posuit 3701.

Alexandria in Ægypto ab Alexandro M. condita 3725. Mox aliæ per Asiã urbes.

Seleucus Nicanor novem à se conditas urbes de suo nomine Seleucias appellat.

Appia via strata & aquæ ductus per Appium Claudium 3743.

Antiochia ad Orontem, quam inchoaverat Antigonus absolvitur à Seleuco 3753.

Pharus turris celeberrima in conspectu Alexandriæ à Ptolomæo Philadelpho per Sostratum Architectum erecta 3770.

Astacus à Nicomede R. Bithyniæ instaurata nomen ab eo ducit 3792.

Ab anno 3800. ad 3900.

Via Flaminia per Etruscos Aretium ducens à Flaminio censore munita 3835. Circus Flaminius Romæ à Flaminio 3835.

Murus per 600. passuum millia à Sinis ad arcendos Tartaros extructus ducentis circiter ante natum Christum annis.

Savo vulgò Savona à Magone Carthagin: ædificatur post diruta à Romanis vada Sabatia, quorum illa ruinis crevit.

Genuam à Magone Pœno dirutam Lucretius spurius exædificat 3851. *Livius.*

Cornelius Scipio Nasica Romam ornat.

Ab anno 3900. ad 4000

C. Gracchi Tribuni plebis lege Cartha-

go restituitur 3931. Primus omnium Metellus Macedonicus ædem ex marmore Romæ molitus vel magnificentiæ vel luxuriæ princeps fuit.

M. Æmilius Scaurus viâ Flaminiâ strauit.

M Aurelij Scauri theatra è ligno amplissima, cardinum singulorum versatili libramento suspensa.

Pompejus Theatrum dedicat 3999.

Ab an. 4000. ad 4053.

Luædunum in Gallia conditum per C. Munatium Plancum Proconsul. 4011.

M. Vipsanius Agrippa Pantheon Romæ condit an: 4027.

Unico ædilitatis anno lacus 700. fecit, salientes 105. castella aquarum 130. & alia plura cultu magnifica *Plin.* 26. c. 6.

Herodes I. Hierosolymis theatrum, Amphitheatrum, & nobilissimam regiam extruit 4030.

SERIES XIV.

Personæ celebres & res memorabiles à diluvio usq; ad Christum.

Ab an 1657. ad an. 2039.

NEmo mortalium post submersionem terrarum natus ad annos 500. vitæ suæ tempus protraxit. Cum

Cùm post eluvionem vis & hominum vita diminuta esset, ad subsidium imbecillitatis carnis esus & vini usus invectus est.

Noë vino liberalius hausto fit ebrius, quare nudus ludibrio habetur à fil. Chamo. CùmBabel conderetur ex probato calculo. Mathematicorum homines jam excreverant ad 2195000.

Ab an. 2039. ad 2300

Aram Tharæi primogenitus, frater Abrahami, primus inter mortales morte repentinâ interiisse fertur *Salianus*.

Ogyge regnante Atticæ inundatio 2258.

Ab hoc tempore Stella Veneris colorem, magnitudinem, cursum mutâsse refertur à S. Augustino lib 25. de civit. c: 8. ex Varrone.

Gustaphus Persarum Rex acceptam à Zoroastre religionem in Perside propagâsse fertur.

Ab anno 2300. ad 2500.

Grassante per Palæstinam & vicinas regiones fame, filij Jacob in Ægyptum proficiscuntur 2327.

Apis post mortem in Ægypto divinis consecratur honoribus. *Hunc Ægyptium cum Argivo Apide plerique confundunt.*

Calythia Junonis sacerdos Argo regnante floret.

Phorbas dictus Orphiacus Rhode à serpentibus liberatâ,

Ab

Ab anno 2500. ad 2600.

Thessalia per eluvionem obruta Deucalione & Pyrrhâ in Parnasso regnãtibus 1540

Eâdem fere tempestate Phaëthonte Rege maximum ad Eridanum incendium exarsit. *Hinc fabulæ locus.*

Hellen Deucalionis filius, à quo Græci dicti Helleniſtæ. Ex eo nati Æolus, Dorus & Xantus, ex quibus Græci propagati sunt.

OEnotrus cũ Arcadum colonia in Italia.

Europa rapta à Jove Tauro Cretæ Rege, sive avecta navi, cui nomen Taurus.

Ab anno 2600. ad 2700.

Phlegias templum Apollinis Delphis incendit 2603.

Philomela, Procne, Itys, Tereus Pandionis ff.

Orythia Erechtei filia, à Borea rapta 2660. ex his nati Zetes & Callais.

Phrixi cum Helle sorore fuga 2971. ab hac Hellespontο nomen.

Dirce taurinæ caudæ alligata raptatur & occiditur: Amphione & Zethe matris Antiopes injurias ulciscentibus.

Ab anno 2700. ad 2800.

Midas mortalium omnium ditissimus. Sed auribus asininis regnat in Phrygia 2731

Pelops Tantali filius Hippodamiam ducit; præest ludis Olympicis 2731.

Fau-

Faunus Latinus Rex Faunorum pater habitus, quia illis aras erexit.

Minos II. Cretæ Rex instructâ classe maris imperium primus tenuit: *Thucydides l 2.*

Ab anno 2800. ad 2900.

Theseus victo Minotauro redit Athenas 2823.

Æta * Jason * Medea * Tiresias * OEdipus * Sphinx * Lajus * Jocasta * Creon * Electra * Orestes * & Pylades nomina fabulis inclyta.

Hercules labores & vitam exitu infelicissimo claudit 2584. Semet morbi impatiens in flammas præcipitans.

Antenor & Æneas in Italiã navigant 2870

Ægisthus Agamemnonem interficit; ille ab Oreste trucidatur 2878.

Ab anno 2900. ad 3000.

Penthilus Orestis filius Coloniam è Græcia in Thraciam ducit 2951. dicta est Æolica migratio.

Tisamenes Penthili fra: Græcorum coloniâ in Asiam ductâ Jonios vicit & expulit Hæc dicta est Jonica migratio 2952.

Theres Minyarum coloniam ducit in Insulam, quæ cùm Callisthus diceretur, ab eo postmodum Thera est appellata.

Codrus Athenarum Rex postremus egregiæ in patriam pietatis laudem tulit morte pro patria fortiter quæsitâ 2983.

Ab

Ab anno 3000. ad 3100.

Neocles & Androcles Codri ff. Græcorum Coloniam in Asiam ducunt 3010.

Fames ingens in Palæstina cessat, duobus Saulis filiis in crucem actis.

Sesostris Ægypti Rex navigabilem alveum à Nilo in mare rubrum frustra ducere conatur.

Ab anno 3100. ad 3200.

Siccitas & fames ingens tempore Eliæ Palæstinam per annos tres cum dimidio vexant ab anno 3123.

Mesa Moabitarum Rex filium coram hostibus mactat 3140.

Elisa seu Dido Pygmalionem fratrem Sichæi viri sui interfectorem exosa, Tyro cum gaza solvens abit in Africam 3147.

Eadem, ne Regi Maurorum Narbæ cogatur nubere, tribus fere post Æneæ fugam sæculis, mortem sibi infert.

Ab an. 3200. ad 3300.

Corbus coquus primus in ludis Olympicis coronatur 3278.

Amulius fr. Numitorem natu majorem regno pellit, ejus filiam Rheam Sylviam, ex qua deinde Romulus & Remus, Vestalem facit.

Romulus & Remus expositi servantur, & educantur à regio Pastore Fauno an. 3284.

Ijdem avum Numitorem regno restituunt 3300.

Ab

Ab anno 3300. ad 3400

Sabinæ Puellæ à Romanis 3304, Lacedæmoniæ raptæ à Messeniis 3311.

Aristodemus filiã mactat ex oraculo 3316,

Hippomanes filia voratur ab equo, cum quo clausa fuerat à patre 3331.

Romulus ob ingenij ferociam putatur à suis discerptus esse 3339.

Ab anno 3400. ad 3500.

Tullus Hostilius igne cæleſti cum domo perit 3414.

Arionis sive historia sive fabula 3340.

Ciaxares Niniven delet 3448.

Pestis Athenis furit, sed fugatur arâ *Deo ignoto* erecta 3457. *Eusebius.*

Cylonium piaculum Athenis 3455.

Phalaris Agrigenti in Sicilia tyrannorum immaniſſimus.

Perillus bovis ænei faber sub Phalari, illo primus exuritur 3482.

Ab anno 3500. ad 3600.

Policrates Samiorum tyrannus, & Milo Crotoniata.

Zopyri amici Strategemate Darius Babylonem occupat 3534.

Horatij Coclitis * Clæliæ virginis * Mutij Scævolæ * Coriolani virtus apud Romanos claret.

Ari-

Aristides 3571 & Themistocles 3583. Ostracismo pulsi.

Spurius Cassius præceps datur è rupe Tarpeja an: 3579.

Fabij 300. ad Cremeram cæsi 3577.

Ad Ægos Potamos saxum de cælo cadit 3587.

L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro 3596.

Cimon apud Athenienses clarissimus,

Ab anno 3600 ad 3700.

Spurius Melius à C. Servilio cæditur 3615

Solydam⁹ Thessal⁹ mirandi roboris 3646

Socrates damnatur 3655.

Albani lacûs excrescentis prodigiũ 3657

Epaminondas floret in Boëtia. 3680.

Dionysius Syracusarum tyrannus cujus filius post annos 38. pulsus Ludimagister Corinthi fuit.

Curtius armatus Romæ in voraginem se proijcit 3692.

T. Manlij Torquati cum Gallo ad Anienem monomachia 3693.

Templũ Dianæ Ephesiæ conflagrat 3698

Ab anno 3700. ad 3800.

M. Valerius ope corvi Gallum in Monomachia vincit: inde Corvin⁹ appellatus 3705

Manlius filium non jussum pugnantem securi percutit 3715.

Deci-

Decius pater 3714. & filius 3759. se pro Republica devovent.

Romæ veneficia matronarũ detecta 3723

Porus Indorum Rex ab Alexandro victus 3727.

Phocion de Athenis optimè meritus damnatur 3736.

Agatocles Siciliæ tyrannus obit 3765.

Ab an. 3800. ad 3900.

Mater Idea Romam invecta 3849.

M. Attilus Regulus necatur à Pœnis 3803

Q. Fabius Maximus cunctando rem Romanam restituit.

Romæ templum Jani clausum 3819.

M. Portius Cato Censorius, optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus Senator & exemplar integritatis.

Scipio Africanus Senior Romæ indignè traductus Linternum secedit, ubi exul moritur 3967.

Bacchanalium Pestis Romæ extincta 3968

Ab anno 3900. ad 4000.

Massiani ssa Romanorũ amicissimus quatuor superstites filios relinquit, inter quos Jugurtha 3906.

Scipio & Lælius mirum amicitiæ exemplum: Numantia eversa Scipionis Africani virtute 3921.

Grac-

Gracchorum Tiberij & Caji Drusi & Saturnini Romæ seditiones post Attali hæreditatem.

C. Marius III. Cos; victus à Sylla in palude latet 3966.

Mithridates Asiâ potitus, omnes totâ Provinciâ Romanos unâ die necat 3966.

Ab anno 4000. ad 4053.

Pompejus M. Ptolomæi Regis jussu in Ægypto necatur 4006.

Cato Uticensis sibi manus infert 4008.

M. Tullius Cicero proscriptus occiditur à Popilio Centurione, quẽ defenderat 4012.

Perusia capta multi Senatores & equites ad aram Cæsari sacram mactati 4014.

Thebæ in Ægypto, Tralles in Lydia terræ motu eversæ 4026.

Mecœnas litteratorũ præsidiũ & decus.

Julia Augusti filia adultera in exilium relegatur an. 4048.

Finis Veteris Testamenti.

CATENA TEMPORUM NOVI TESTAMENTI TRIPARTITA

Ad omnigenam historiam Sacram & profanam connectendam elaborata.

PARS PRIMA.

Sacra & ea complectens, quæ ad Orthodoxam religionem pertinent.

JESUS DEI FILIUS summus Sacerdos & Pontifex Anno trigesimo tertio vitæ suæ inchoato, post Judæam miraculis & doctrinâ per triennium illustratam, in crucem à Judæis actus, suo sanguine scelus humanum expiavit, morti{que} victor cœlum, unde venerat, repetijt Petrum ejus{que} successores suæ potestatis Vicarios relinquens in terris.

SERIES PRIMA.
Romani Pontifices

I. Sæculum ab an. Chr. 1. ad 100.

		Annos	Menses
1	S. Petrus Galilæus à Christi in Cœlum ascensu, ejus in terris Vicarius 36. anno Antiochiæ Sedem locat. an. 43 Romæ, cumque eam ibi annos 24. Menses 5. dies 12. tenuisset, è cruce evolavit ad superos 29 Junij an. Chr. 67.		
	Sedit S. Petrus	24	5
2	S. Linus Vollateran. M. à 67 ad 78	11	3
3	S. Cletus Roman. Mart: à 78 ad 91	14	7

II. Sæculum ab an. 100. ad 200.

4	S. Clemens Rom. M. à 91 ad 100	9	6
5	S. Anacletº Athen, M. à 101 ad 110	9	3
6	S. Evaristus Græcus M. à 110 ad 119	9	3
7	S. Alexander Rom. M. à 119 ad 130	10	6
8	S Sixtus Rom. M. à 130 ad 140	9	10
9	S Telesphorº Thur: M. à 140 ad 152	12	9
10	S. Hyginus Athen: M. à 152 ad 156	4	9
11	S. Pius Aquilei: M. à 156 ad 165	9	6
12	S. Anicetus Syrus M. à 165 ad 173	8	6
13	S. Soter Fundan M. à 173 ad 177	4	0
14	S Eleuther Nicop M. à 177 ad 192	15	11
15	S. Victor African. M. à 192 ad 201	9	2

III. Saculum ab an. 200. ad 300.

16	S. Zephyrin. Rom. M. à 201 ad 219	18	1
17	S. Calliſtus Rom. M. à 219 ad 224	5	1
18	S. Urbanus Rom. M. à 224 ad 231	6	7
19	S. Pontianus Rom. M. à 231 ad 235	4	5
20	S. Anterus Græc⁹ M à 235 ad 236	Di.	43
21	S. Fabianus Rom. M. à 236 ad 250	15	0
22	S. Cornelius Rom. M. à 251 ad 253	2	5
23	S. Lucius Rom. M à 253 ad 255	1	4
24	S. Stephan. Rom. M. à 255 ad 257	2	4
25	S. Sixt⁹ II. Græc⁹ M. à 257. ad 258	1	0
26	S. Dionyſi⁹ Græc⁹ M. à 258 ad 270	12	3
27	S. Felix Rom. M. à 270 ad 275	4	5
28	S Eutych. Etruſ: M. à 275 ad a 283	8	6
29	S. Cajus Dalmata M. à 283 ad 296	12	4
30	S. Marcellin: Rom M. à 296 ad 304	8	0

IV. Saculum ab an. 300 ad 400.

31	S. Marcellus Rom. M. à 304 ad 309	4	2
32	S. Euſebius Græcus à 309 ad 311	2	8
33	S. Melchiades Afer à 311 ad 313	2	11
34	S. Sylveſter Rom. à 314 ad 335	21	1
35	S. Marcus Rom. à 336	0	9
36	S. Julius Rom. à 337 ad 352	15	6
37	Liberius Rom. à 352 ad 367	15	4
38	S. Felix II. Rom. M. à 355 ad 358	3	0
39	S Damaſus Hiſpan⁹ à 367 ad 384	17	3
40	Siricius Rom. à 385 ad 398	13	1
41	S. Anaſtaſius Rom. à 398 ad 402	4	1

V. Sa-

V. Saculum ab an. 400. ad 500.

42	S. Innocen. Alban. à 402 ad 417	15	0
43	S. Zosimus Græcus à 417 ad 418	1	11
44	S. Bonifacius Rom. à 418 ad 423	4	8
45	S. Cælestinus Rom. à 423 ad 432	8	11
46	S. Sixtus III. Rom. à 432 ad 440	8	0
47	S. Leo Rom. à 440 ad 461	21	2
48	S. Hilarius Sardus à 461 ad 467	5	3
49	S. Simplicius Tibur. à 467 ad 483	15	11
50	S. Felix III. Rom. à 483 ad 492	9	0
51	S. Gelasius Afer à 492 ad 496.	4	7
52	S. Anastasi⁹ II. Rom. à 496 ad 498	2	0
53	S. Symmachus Sardus à 498 ad 514	15	7

VI. Saculum ab an. 500. ad 600.

54	S. Hormista Campan. à 514 ad 523		1
55	S. Joannes Etruscus à 523 ad 526	0	9
56	S. Felix IV. Benevent. à 526 ad 529	2	2
57	Bonifacius II. Rom. à 529 ad 532	2	1
58	S. Joannes II. Rom. à 532 ad 535	2	4
59	S. Agapetus Rom. à 535 ad 536	1	0
60	S. Sylverius Rom. M. à 536 ad 537	1	5
61	Vigilius Rom. à 537 ad 555	17	6
62	Pelagius Rom. à 555 ad 560	4	11
63	Joannes III. Rom. à 561 ad 574	13	0
64	Benedictus Rom. á 575 ad 579	4	2
65	Pelagius II. Rom. á 579 ad 590	10	2
66	S. Gregorius Mag. R. á 590 ad 604	13	6

VII. Saeculum ab an. 600. ad 700.

67	Sabinian.* Tuscus á 604 ad 606	1	5
68	Bonifacius III. Rom. á 607 ad	0	9
69	S. Bonifac. IV Marſ. á 608 ad 615	6	8
70	S. Deusdedit Rom. á 616 ad 619	3	1
71	Bonifacius V. Neap. á 620 ad 626	5	10
72	Honorius I. Camp. á 626 ad 638	12	0
73	Severinus Rom à 640 - ad -	0	2
74	Joannes IV. Dalm á 640 ad 642	1	10
75	Theodor⁹ I Græc⁹ á 642 ad 649	6	6
76	S. Martin. Tud. M. á 649 ad 654	6	2
77	S. Eugenius Rom. á 654 ad 657	2	9
78	S. Vitalianus Sign. á 657 ad 671	14	5
79	Adeodatus Rom. á 672 ad 677	5	2
80	Donus Rom. á 677 ad 679	1	5
81	S. Agatho Siculus á 679 ad 681	1	5
82	S. Leo II. Siculus á 682 ad 684	1	7
83	S. Benedictus II R. á 685 ad 686	0	10
84	Joañes V. Antioch. á 686 ad 687	1	0
85	Conon Thrax á 687 ad 688 -	1	0
86	S. Sergius Antioch. á 688 ad 702	13	9

VIII. Saeculum à 700 ad. 800.

87	Joannes VI Græc. á 702 ad 704	2	2
88	Joan: VII. Calab. á 705 ad 707	2	8
89	Sisinnius Syrus á 707 ad 708	Dies	20
90	Constantin. Syrus à 708 ad 715	7	1
91	S. Gregor II. Rom. á 715 ad 731	15	9
92	S. Greg. III. Syrus á 731 ad 741	10	9

93 S.

93	S. Zacharias Calab. á 741 ad 752	10	3
	Stephanus II. Roman. 5. dierum Pontifex non numeratur.		
94	Steph: III. dict. II R. á 752 ad 757	3	1
95	S. Paulus Rom. á 757 ad 767 -	10	10
96	Stephanus III. Sicul: á 768 ad 772	3	6
97	Hadrianus I. Rom. á 772 ad 795	23	10
98	S. Leo III. Rom. à 795 ad 816 -	20	6

IX Seculum à 800. ad 900.

99	Stephanus IV. Rom. á 816 ad 817	0	7
100	S. Paschalis Rom. á 817 ad 824	7	4
101	Eugenius II. Rom. á 824 ad 827	3	3
102	Valentinus Rom. 827 - dies		40
103	Gregorius IV. Rom. á 828 ad 844	16	0
104	Sergius II. Rom: á 844 ad 847	3	0
105	S. Leo IV. Rom. á 847 ad 855	8	3
106	Benedictus III. Rom. à 855 ad 858	2	6
107	S. Nicolaus Rom. á 858 ad 867	9	8
108	Hadrianus II. Rom. á 867 ad 872	5	0
109	Joannes* VIII. Rom. á 872 ad 882	10	0
110	Mar: seu Mart: II. G. á 882 ad 884	1	2
111	Hadrianus III. Rom. á 884 ad 885	1	4
112	Stephanus VI. Rom. á 885 ad 891	6	0
113	Formosus Portuens. á 891 ad 896	4	7
114	Bonifacius* VI. Rom. 896 - dies		15
115	Stephanus* VII. Rom. á 896 ad 897	1	3
116	Romanus Patriscus á 897 ad 898	0	5
117	Theodorus II. Rom. 898 - dies		20
118	Joannes IX. Tiburt. á 898 ad 900	2	0
119	Benedictus IV. Rom. á 900 ad 904	4	7

X. Seculum à 900. ad 1000.

120	Leo V. Ardeatinus 904	Dies	40
121	Christoph:* Rom. á 904 ad 905	0	6
122	Sergius* III. Rom. á 905 ad 912	7	4
123	Anastasi⁹ III. Rom. á 912 ad 914	2	3
124	Lando * Eretanus á 812 ad 915	0	5
125	Joannes* X. Rom. á 915 ad 928	13	2
126	Leo VI. Rom. á 928 ad 929	0	7
127	Stephanus VII. R. á 929 ad 931	1	2
128	Joannes* XI. Rom. á 931 ad 936	4	11
129	Leo VII. Roman. á 936 ad 939	3	6
130	Steph. VIII. Germ. á 939 ad 943	3	5
131	Marin. II. seu III R. á 943 ad 946	3	6
132	Agapet⁹ II. Rom. á 946 ad 956	9	7
133	Joannes* XII. Rom. á 956 ad 963	7	8
134	Leo VIII. Rom. à 963 ad 964	1	4
135	Benedictus V. Rom. á 964 ad 965	0	11
136	Joañes XIII. Rom. á 965 ad 972	6	1
137	Benedictus VI. R. á 972 ad 974	1	6
138	Donus II. Rom. á 974 ad 975	1	6
139	Benedictus VII. R. á 975 ad 984	8	7
140	Joan. XIV. Pap. á 984 ad 985	0	8
141	Bonifacius VII. Rom. 985.	0	11
142	Joañes XV. Rom. á 986 ad 996	10	9
143	Gregorius V. Saxo á 996 ad 999	2	9
144	Sylvest. II. Aquit. á 999 ad 1003	4	1

XI. Seculum à 1000. ad 1100.

145	Joannes XVI. Rom. 1003 -	0	5
146	Joan. XVII. R. á 1004 ad 1009	5	4

147 Ser-

147	Sergius IV. Rom. á 1009 ad 1012	2	9
148	Benedict⁹ VIII. R. á 1014 ad 1024	12	0
149	Jo. *XVIII seu XX. R. á 1024 ad 1033	9	4
150	Benedictus *IX. R. à 1033 ad 1045	11	5
151	Gregorius VI. R. à 1045 ad 1046	1	8
152	Clemens II Rom. à 1046 ad 1047	0	10
153	Damasus II. German. 1048 dies		23
154	S. Leo IX. Gallus à 1049 ad 1054	5	2
155	Victor II. Germ. à 1055 ad 1057	2	4
156	Stephan. IX. Lotar. à 1057 ad 1059	0	8
157	Nicolaus II. Sab. à 1059 ad 1061	2	5
158	Alexand. II. Med. à 1061 ad 1073	11	7
159	S. Greg. VII. Soan. à 1073 ad 1085	11	11
160	Victor III. Benev. à 1087 ad 1088	1	4
161	Urbanus II. Gal. à 1088 ad 1099	11	5
162	Paschalis II. Italus à 1099 ad 1118	18	5

XII. Saeculum à 1100. ad 1200

163	Gelasius II. Pisanus à 1118 ad 1119	1	0
164	Callist⁹ II. Burgund. à 1119 ad 1124	5	10
165	Honorius II. Bonon. á 1124 ad 1130	5	2
166	Innocentius II. R. à 1130 ad 1143	31	7
167	Cælestinus II. Tus. à 1143 ad 1144	0	5
168	Lucius Bonon. à 1144 ad 1145	0	11
169	Eugenius III. Pisa. à 1145 ad 1153	8	5
170	Anastasius IV. Rom. à 1153 ad 1154	1	4
171	Hadrianus IV. Angl. à 1154 ad 1159	4	9
172	Alexander III. Sen. à 1159 ad 1181	21	10
173	Lucius III. Lucensis à 1181 ad 1185	4	3

174	Urbanus III. Med. à 1185 ad 1187	1	11
175	Gregorius VIII. Benevent. 1187	0	2
176	Clemens III. Rom. á 1187 ad 1191	2	4
177	Cæleſtinus III. R. à 1191 ad 1198	6	9
178	Innocentius III. R. á 1198 ad 1216	18	6

XIII. Saeculum à 1200. ad 1300.

179	Honorius III. Rom. 1216 ad 1227	10	8
180	Gregorius IX. Cap. à 1227 ad 1241	14	5
181	Cæleſtinus IV. Mediol. 1241 dies		17
182	Innocent. IV. Gen. à 1243 ad 1254	1	5
183	Alexander IV. Anang à 1254 ad 1261	6	5
184	Urbanus IV. Trec. à 1262 ad 1264	4	3
185	Clemens IV. Gallus à 1265 ad 1268	3	5
186	S. Gregorius X Plac. à 1271 ad 1276	4	10
187	Innocentius V. Gallus 1276	0	3
188	Hadrianus V. Genuenſis 1276	0	5
189	Joannes XXI. Luſit. à 1276 ad 1277	0	7
190	Nicolaus III. Rom. à 1277 ad 1280	2	8
191	Martin. IV. Gallus à 1281 ad 1285	4	9
192	Honorius IV. Rom. á 1285 ad 1287	2	1
193	Nicolaus IV. Aſcul. à 1288 ad 1292	4	0
194	S. Cæleſtinus V. Campanus 1294	0	5
195	Bonifac. VIII. Ana. à 1294 ad 1303	8	10

XIV. Saeculum à 1300 ad 1400.

196	Benedict. XI. Tarv. à 1303 ad 1304	0	
197	Clemens* V. Vaſco à 1305 ad 1314	8	11
198	Joan.* XXII. Caturc. à 1316 d 1334	18	4
199	Benedict. XII Tol. à 1334 ad 1341	7	1

200

200	Clemens *VI. Lem. à 1342 ad 1352	10	7
201	Innocent. VI Lem. à 1352 ad 1362	9	3
202	Urbanus V. Lem. à 1362 ad 1370	8	2
203	Gregor. XI. Lem. 1370 ad 1378	7	3
204	Urban. VI Neap. à 1378 ad 1389	11	6
205	Bonif. X. Neap. à 1389 ad 1404	14	11

XV. Saculum à 1400. ad 1500.

206	Innoc. VII. Sulm. à 1404 ad 1406	8	1
207	Gregor. XII Venet. à 1406 ad 1415	8	7
208	Alexand. V. Cand. à 1409 ad 1410	0	10
209	Jo. * XXIII. Neap. à 1410 ad 1415	5	1
210	Martinus V. Rom. à 1417 ad 1431	13	3
211	Eugenius IV. Venet. à 1431 ad 1447	15	11
212	Nicolaus V. Sarz. à 1447 ad 1455	8	1
213	Calliſtus III. Hiſpan. à 1455 ad 1458	3	4
214	Pius II. Senenſis à 1458 ad 1464	6	0
215	Paulus II. Venetus à 1464 ad 1471	6	1
216	Sixtus IV. Savon. à 1471 ad 1484	13	0
217	Innocent. VIII. Gen. à 1484 ad 1492	7	11
218	Alex. * VI. Hiſpan. à 1492 ad 1503	11	0

XVI. Saculum à 1500 ad 1600.

219	Pius III. Senenſis 1503 - dies		27
220	Julius * II. Savonenſ. 1503 ad 1513	9	9
221	Leo X. Florentinus á 1513 ad 1522	8	9
222	Hadrianus VI. Bel. à 1522 ad 1523	1	7
223	Clemens VII. Flor. à 1523 ad 1534	10	10
224	Paulus III. Rom. à 1534 ad 1549	15	1

225 Ju-

225	Julius III. à M. Sab: à 1549 ad 1555	2	2
226	Marcellus II. M. Pol. 1555.	dies	22
227	Paulus IV. Neapol. à 1555 ad 1559	4	3
228	Pius IV. Mediol. á 1559 ad 1565	5	11
229	Beatus Pius V. à Bosco 1566 ad 1572	6	4
230	Gregorius XIII. Bon. à 1572 ad 1585	13	11
231	Sixtus V. à Monte Alto à 1585 ad 1590	5	4
232	Urbanus VII Genuens. 1590	dies	13
233	Gregorius XIV. Med. à 1590 ad 1591	0	11
234	Innocentius IX. Bonon. 1591	0	2
235	Clemens VIII. Flor. à 1592 ad 1605	13	1

XVII. Saeculum à 1600 ad 1698.

236	Leo XI. Florentinus 1605	dies	26
237	Paulus V. Roman. 1605 ad 1621	15	8
238	Gregorius XV. Bon. à 1621 ad 1623	2	5
239	Urbanus VIII. Flor. à 1623 ad 1644	21	0
240	Innocentius X. Rom. 1644 ad 1655	10	3
241	Alexander VII. Sen. à 1655 ad 1667	12	2
242	Clemens IX. Pistor. à 1667 ad 1669	2	6
243	Clemens X. Rom. à 1669 ad 1676	6	2
244	Innocent. XI. Nov. à 1676 ad 1689	12	11
245	Alexander VIII. Ven. à 1689 ad 169	1	4
246	Innocentius XII. Neap. à 12 die Julij 1691. feliciter sedet.		

Pontifices in Cathedra Petri sederunt usq; ad annum 1697. universim 246. è quibus.

Sancti Martyres 34. San-

Sancti Doctores Ecclesiæ 2
Sancti Confessores 40
Beatus 1.
Boni & Laudabiles 151
Mediocris famæ 7.
Illaudabiles 11

Qui sine laude & cum aliquo scandalo velut infausti cometæ præfuerunt Ecclesiæ tali signo notantur*. Quorum verò fama mediocris, & partim cum laude, partim cum infamia Pontificatum gesserunt minori* stellâ significantur

Inter hos Pontifices ex Palæstina, sive Judæa fuerunt 3, ex Syria 6, ex Africa tres, ex Imperio Romano 12, ex Hispania & Portugallia 4, ex Francia 10, ex Dalmatia & Thracia 3, ex Græcia 12, ex Anglia 1, ex Sicilia 3, ex Sardinia 2, ex Gandia sive Creta 1, ex Dominiis diversis Italiæ 78, ex urbe Roma 104.

SERIES SECUNDA
Præcipuæ in Romanorum Pontificum historia controversiæ.

Sæculum I. à 1 ad 100.

EX Patrum & historicorum fide, ex vetustissimis monumentis tam certum est Petrum fuisse Romæ, ibidemque ab eo locatam primatûs Pontificij sedem, ut id sanæ mentis inficiari nemo possit. *Videatur Nicol: Maria: Pallavicinus in egregia defensione Romani Pontif. l. 3. c. 6.*

Multa de inito ac depositio à S. Clemente Pontificatu, eiusdemque mortis tempore sunt apud historicos controversa. *Papenbroch in conatu Chronolog: & appendice.*

Sæcul. II. à 100. ad 200

Quamvis Anacletum à Cleto distinguendum omnino persuadeant plures Romanorum Pontificum catalogi, Missæ, Canon: & cum Card: Baronio eruditissimi viri, supersunt tamen, qui eundem cum Anacleto Cletum esse velint. *Videatur Papenbroch: loco citato.*

Quinam sit inter Pium & Anicetum temporis ordine præferendus apud probatissimos scriptores nondum planè liquet *Papenbroch: ibidem.*

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Cyriacus Pontifex Ursulanus inter Pontianum, & Anicetum nullus est *Papenbroch loco citato.*

Stepha-

Stephanus l. baptismum in Christi unius nomine collatum validum legitimumque esse, nec decrevit, nec potuit decernere.

Post rem totam solertiùs investigatam, non pauci ex peritis antiquitatis in dubium revocant, quæ de S. Marcellini lapsu, & Sinuessano concilio tradita sunt.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Mirum est ab Eusebio, ejus ævi scriptore, Marcellum à Marcellino non fuisse distinctum.

Acta S. Sylvestri Baronio suspecta, suppositicia pluribus alijs habentur, quare cautè legenda sunt.

Si quis fuit error Liberij in causa Athanasij, quisquis fuit, non officit ei, quo ex promisso Christi pollent in rebus fidei asserendis, nunquam fallaci magisterio Rom. Pontifices. *Pallavi*: Lib: 6. c. 8.

S. Felix II. quamvis primò Liberij exulis loco intrusus, eo labente legitimus Pontifex est habitus.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

S. Zosimus Celestium benignitate ad officium revocare voluit, ejus autem hæresin nunquã probavit sed aliquando damnavit.

S. Cælestini permissu convocata est à Theodosio Juniore Synodus Ephesina, cui per legatos præfuit. *Baron; Bellarm: & alij.*

S. Leo I. Chalcedonensi Synodo præfuit per legatos. *Bellarm & alij*

Fabulosa sunt, quæ de Anastasij II. cum Photino & Acacio communione scribit auctor libri Pontificalis. *Baron* an. 498.

Sæcul. VI à 500. ad 600.

Synodus Romana Palmaris judicium in Symmachi causa ferre nullo modo potuisset, nisi se illi sponte Symmachus subjecisset. *Baron.*

Vigilius malis artibus partum Pontificatum optimè gessit, postquam legitimus Pontifex à morte successoris effectus est. *Baron.*

S. Gregorius Magnus rempublicam difficillimis temporibus gerendam suscepit, idque aljis Episcopis etiam faciendum jure præcepit. *Ejus Epistola.*

Sæculum VII. à 600 ad 700.

Sabinianum ob duritiem in pauperes à decessore Gregorio per somnum increpitum & percussum obiisse, tam temerè priùs narravit Sigebertus, quàm alii postea inconsultò crediderunt: nullo enim teste antiquitatis nititur. *Papenbroch in locis citatis.*

Honorius I. vel nunquam, vel injustè à sexta Synodo Oecumenica damnatus est. Quare non minùs verè, quàm piè ab omni hæresis labe purus asseritur.

Vide Marchesij & Tamangini opuscula

Sæcu-

Saculum VIII. à 700. ad 800.

Gregorius II. non III. ut malè *Rou in tabulis Chronolog:* Leonem Isaurum anathemate percuit, popularibus ejus Sacramento solutis *Baronius ex alijs*.

Zacharias Rom: Pontifex proceribus potestatem fecit, damnatâ Chilperici ignaviâ, Pipinum Martelli filium regẽ appellandi *ita Galli scriptores veteres fere omnes.*

Fictum à Sigeberto jure suspicatur Baronius decretum, quo Hadrianus I. Rom: Pontificis electionem Carolo Magno, & futuris post eum Cæsaribus dicitur permisisse *Bollarminus & alij.*

Saculum IX. à 800. ad 900.

Ludovicus II. Imperator in Epist ad Basilium Orientis Imperatorem fatetur eos tantùm dicendos Imperatores, quos Romanus Pontifex oleo S. perfuderit.

Ineptissimam de Joanna Papissa fabellam obstetricante Mariano Scoto natam, studiosè foverunt Novatores, feliciter confutârunt Orthodoxi, quos inter videndi *Allatius* & *Labbeus.*

Formosi cadaver effossum, & Pontificalibus exutum insignibus, cum profano habitu in Tyberim projectum narrant scriptores, & plures & probatiores.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Joannes XII. à Romana Synodo 962. Othone I. impellente illegitimè fuit exauctoratus, ideoque illi subrogatus Leo VIII. Pseudo Pōtifex habēdus est. *Angelus à nuce.*

Jus eligendi Rom. Pontificis & sacerdotij deferendi Othoni I. & successoribus datum Leonis VIII decreto, falsò scripsit Sigebertus, à quo deceptus est Gratianus. *Baronius & alij.*

Septemviri, penes quos tantùm esset imperatores eligendi potestas, post Gregorium V. videntur instituti, ab eo tamen suffragij jus in eligendo Cæsare datum omnibus Germaniæ Principibus cum Cardinale Baronio libenter agnoscimus.

Sæculum XI, à 1000. ad 1100.

Palmare de horrendo Sylvestri II obitu mendacium manifestè diluit Epitaphium illi à successore Sergio paucos post annos in æde Lateranensi positum *Baronius.*

Gregorius VI. legitimus & optimus Pontifex iniquè jussus est abdicare ab Henrico II. Cæsare in Synodo Sutrina 1064.

Nicolaus II & Gregorius VII. non induxêre primò, ut mentiuntur hæretici, sed prolapsam sacerdotum castitatem severis legibus adstrinxêre.

Qui

Qui Henricum VI Cæsarem à Gregorio VII. exauctoratum docent refragantibus Patrum doctrinâ & Dei verbo, illi temeritatis notam non effugiunt.

Sæcul XII. à 1100 ad 1200.

Errare videntur, qui tradunt primum inter Romanos Pontifices Cælestinum sine populi suffragiis pontificem renunciatum: ea namque à Nicolao II. jam pridem abutenti populo adempta fuerant.

Alexandri III. mansuetudo & æqualium scriptorum silentium tabulosa esse docent, quæ de proculcato Friderico Ænobarbo, ad eius pedes provoluto, sine certo teste jactantur.

Sæcul XIII à 1200 ad 300.

Septemviros Imperatoris Electores ab Innocentio IV. in concilio Lugdunensi institutos censet *Cardin: Baronius.*

Vice-Dominum unius diei Pontificem inter Hadrianum V. & Joannem XXI. non agnoscimus; nullum enim hujus rei satis locupletem testē habemus. *Papenbrochius.*

Qui Siculis vesperis causam à Nicolao III. datam opinantur, egregij Pontificis nomini notam calumnioſam inurunt.

Bonifacij VIII. Rom. Pontificis post annos 300. expers corruptionis cadaver inventum, calumnias illi ab adversarijs intentatas apertè redarguit *Raynald:*

Secu-

Sæcul XIV. â 1300. ad 1400.

Joannes XXII. quamvis ex veteri quorundam errore senserit beatorum animas usque ad extremum judicij diem felici divinitatis aspectu carere, nunquam tamen id Ecclesiæ credendum proposuit *Raynald.*

Qui in ea quâ fruimur temporum luce, de legitimo Urbani VI. pontificatu dubitat, cæcutire videtur: *Papenbrochius*

Annatæ à Bonifacio IX impositæ, non tantum piè, sed jure solvuntur. Indictas priùs ab aliis Pontificibus Genebrardus docet ex Ostiensi.

Sæcul. XV. â 1400. ad 1500.

Decreta sessionis 4. & 5. in Constantiensi Concilio Gene: contra supremam Rom: Pontificis potestatem nec ab Ecclesia unquam recepta fuêre, nec à sede Apostolica approbata: quare ab omnibus fere Orthodoxis nationibus reijciuntur. *Videatur Mantissa Academica Lovaniensis edita anno* 1683.

Basileense concilium sui capitis depositionẽ iniquè moliens Eugenius IV. jure dissolvere potuit & prudentissimè dissolvit. *Bzovius Raynald & alij*

Alexander VI non repentinâ morte per venenum extinctus, sed naturali morbo

Sacra-

Sacramentis ritè munitus diem extremum obijt *Raynald*: 1503.

XVI. Sæc. à 1500. ad. 1600.

In cæde Hugonottorum Gallican: 1572 habuit, quòd jure lætaretur Gregorius XIII. servatam scilicet Religionem Catholicam, & Regiam familiam ab excidio, quod utrique moliebantur Deo regique perduelles. *Ex manuscriptis, quæ servat Gregorius Boncompagnus Sora Dux V tanti Pontificis egregius abnepos.*

Emendatio Calendarij jussu Gregorij XIII promulgata orbi Christiano non utilis tantùm, sed omninò necessaria fuit.

XVII. Sæc: à 1600 ad 1698

Cùm certissimis monumentis constet Urbanum VIII. nunquam ad suæ familiæ incrementum Urbinatem Principatum destinâsse, quin imò Principum id suadentium consilia rejeciſſe; veritati & egregio Pontifici injurij censendi sunt, quicunque alia prodidêre:

Jussu Alexandri VII. Sacro fonte lustratum Marochi Regem confidentissimè scribunt Hoffman in Lexico, Morerius in dictionario, Joañnes Rou in Tabulis Chronologicis: & tamen hoc ne per somnium quidem unquam Romæ auditum est, ubi tamen primò innotescere debuisset.

SERI-

SERIES TERTIA.

Romani Pontificis in Ecclesia potestas, Magisterium, & Veneratio.

Saeculum I. à 1. ad 100.

CHristus Dei filius Petro totius Ecclesiæ Principatum & supremam in ea ligandi & solvendi potestatem promittit *Matt*: 16.

Idem Petrum supremum omnium Christi fidelium pastorem instituit *Ioannis* 21.

Potestatem hanc Petro ejusque successoribus datam concilia, Patres SS. interpretes Theologi aliique scriptores innumeri docuêre; quorum plures videre est apud Bellarminum & Qualterium in tabulis Chronologicis.

Agnovêre Martyres, SS. viri, Cæsares, Reges, Episcopi, & omnium fere gentium populi. E plurimis hìc pauca damus.

Saeculum II. à 100. ad 200.

S. Irenæus lib. 3. cap. 3. Sic loquitur de Romana Ecclesia: ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem Principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam.

Tertullianus in Scorpiaco: si adhuc clausum

sum putas cælum, memento claves hic Dominum Petro & per eum Ecclesiæ reliquisse.

Eodem teste (quamvis tunc inimico) lib. de Pudic. c. 1. Pontifex Romanus Maximus & Episcopus appellabatur.

Saculum III. à 200. ad 300.

Origenes supremam Romanæ Sedis auctoritatem agnoscens, S. Fabiano Rom. Pontifici suæ fidei rationem reddit, datis ad eum litteris.

à S. Cypriano Rom. Pontifex dicitur Episcopus Episcoporum. *Videatur Albaspinæus lib. de ritibus Eccles c. 1.*

Pentapolitani S Dionysium Patriarcham Alexandrinum tanquam violatæ fidei reum ad Dionysij Rom Pontificis Tribunal detulêre *S. Athanasius in Epist:*

Seculum IV. à 300. ad 400.

Ecclesia Romana semper habuit primarum: in Conc. Oecum. Nicænum 1. *Can. 6. videatur Scheleſtratus in antiq. illust.*

Omnibus ubique terrarum Episcopis ad Romanum Pontificẽ, provocare licere Synodus Sardicensis non docet, sed cõfirmat.

Præterri omnibus Apostolis meruit, & claves regni cælorum communicandas cæteris solus Petrus accepit: *Optatus Milleviranus loquens de S. Petro Apost. lib. 1. contra Parmen.*

Saculum V. à 400. ad 500.

Nulla unquam concilia rata leguntur, quæ non ſunt fulta Apoſtolicâ auctoritate: S. *Damaſus* c. 3.

In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ Principatus viguit: *S. Auguſtin. Epiſtol.* 162.

In concilio Chalcedonenſi pluries apparet Rom: Pontificis principatus & Magiſterium in universâ Eccleſia. Illo major S. Leo quædam ejus decreta irritat. *Ex Epiſtola ad Pulcheriam.*

B. Petrus in propria ſede & vivit & præſidet S. *Petrus Chryſologus ad Eutychet:*

S. Joan. Chryſoſt. Conſt. Patriarcha, & Joannes Patriarcha Alexand. ad Rom. Pontif. provocârunt.

Saculum VI. â 500. ad 600.

Archimandritæ ſecundæ Syriæ Pontificem Hormisdam univerſi orbis terræ patriarcham & caput omnium Eccleſiarum appellât 517. formulæ fidei ab eo miſſæ Orientales omnes Epiſcopi ſubſcribunt.

Juſtinus Imperator Joannem II. in terram pronus adorat 525.

Juſtinus Imperator Joannem II. caput omnium Sanctarum Eccleſiarum dicit 533.

Agapitus Romanus Pontifex Conſtantinopoli degens pulſo Anthimo Mennam Patriarcham inſtituit 536.

Sacu-

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Phocâ Græco Imperat: approbante primatus & Oecumenici nomen soli Rom. Pontifici adscribitur 608.

Cypri Episcopi in Epist. Romanum Pontificem Patrum Patrem, Archi-Episcopum & universalem Papam appellant 643.

Sexta Synodus Oecumenica Constantino IV. de more plaudens, profitetur in Agathone Rom. Pontifice Petrum esse locutum 681.

Constantinus IV. Imperat: in Epist: tanquam ipsius divini Petri vocem Agathonis relationem super mirati sumus.

Sæcul VIII. à 700. ad 800.

Justinianus Imperat: Constantini Pontif. pedes osculatur An. 709.

Zacharias Rom. Pontif. Chilperici regis ignaviâ damnatâ Pipinum Francis proceribus approbantibus regem dicit 752. *Vide Paenbrochium.*

Romana sedes in toto orbe terrarum primatu fungens caput omnium Ecclesiarum constituta est in Epist. Hadriani I. à septima Synodo approbatâ.

Carolo Magno de criminibus Leoni III. objectis cognituro succlamant Episcopi Romanum Pontificem à nullo mortalium judicari, 800.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Carolus Magnus inter filios regna partitus Romano Pontifici teſtamentum ſubſcribendum tranſmittit.

S. Theodorus Studita in Epiſt. ad Leonem III. ſummum patrem & Archipaſtorem Eccleſiæ, quæ ſub cælis eſt, appellat. 809.

Ludovicus II. Imperat: Sergij II. pedibus oſculum obtulit.

Petrus univerſam adminiſtrare Eccleſiam perpetuâ ſucceſſione jubetur S. *Nicolaus I. Epiſt. ad Michaëlem Imperatorem.*

Sæcul. X. à 900 ad 1000.

Concilia, Cabilonenſe 915, Troslejana 921 & 927, Remenſe 995. à Gallis Epiſcopis habita ſupremam Romani Pontificis poteſtatem agnoſcunt & reverentur.

Stultitiæ quodam elogio notandi ſunt, qui illam Petri ſedem aliquo pravo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt: quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi falli unquã potuit. *Reginald: Abbas in Chron.* 865.

S. Abbo, Floriacus Abbas, poſtea Martyr, in Concilio Remenſi 675. fortiter pugnat pro Romanæ Sedis poteſtate.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Clamamus ergo ad ſucceſſorem Petri, ad Vicarium Crucifixi, qui amator & patronus

eſt

est veritatis, & cujus ministerio Spiritus S. totius falsitatis figmenta condemnat. *Joannes Saresberiensis ad Rom. Pontif. in Epist. qua legitur cum aliis D. Thomæ Cantuar.*

Henricus IV. Imper: à Gregorio XII. Anathemate ictus, regni jure, ac nomine spoliatur.

Alexius Comnenus Græcus Imper: à Paschali II. per legatos insignia imperij petit, nec impetrat. *Baron: & alij.*

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt, nec modò ovium sed & pastorum tu unus omnium Pastor. S. *Bernard: ad Eugenium* III. lib. 3. *de consideratione.*

Philippus Augustus Gallorum Rex tutissimè se regnaturum Apostolicæ Sedi obsequendo, significabat celebri insigni, in quo lilium supra rupem fluctibus everberatam pingebat cum Lemmate. *in æternum non commovebitur.* Maimbourg in Conci. quadrage:

Sæc XIII. à 1200 ad 1300.

Romana Ecclesia super omnes alias ordinariæ potestatis principatum obtinet, utpote mater universorum Christi fidelium & Magistra. *Concil: Lateran:* IV. 1215. SS. Patres in Conciliis congregati nihil statuere possunt, nisi auctoritate summi

Pontificis interveniente S. *Thom: Aquin: contra impugnantes Relig* c. 4.

Sola Roma universaliter sicut Sol super planetas habet plenitudinem potestatis super omnes Ecclesias, S. *Bonavent: Serm:* 24. *in Hexame:*

Siciliæ & Hungariæ Reges fræna tenuêre Aselli, cui Cælestin. V. insidebat An. 1294

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Orientalium Patriarcha Benedict: X, 1304. Chaldæorum Patriarcha 1316. Joannis XXI. Potestatem supremam agnoscunt.

Clemente VI. jubente à Septemviris renunciatur Imperator Carolus IV. Ludovico Bavaro exauctorato 1346.

Durandus de S. Portiano, & Paludanus doctissimi inter Gallos Episcopi, potestatem jurisdictionis, quæ est ad regendum populum, totam & in suo fonte datam fuisse Petro & Successoribus ejus affirmant. *Vide Qualterum hoc Sæculo.*

Sæc. XV. à 400. ad 500.

Concilium Oecumenicum Florentinum Sess. ultimâ fatetur Rom. Pontif: totius Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam plenam potestatem traditam esse. Si-

Sigismundus Imperat. 1419. Martino V. Fridericus Imperat. 1452. & iterũ 1453. Nicolao V. Stratoris munus exhibet.

Te Principem totius Ecclesiæ Antistitem Sacrorũ, te Dominici gregis Pastorem profitemur & scimus: *Ludovicum* XI. *Rex Gall:* ad *Pium* II. *scribens.*

Sæc: XVI. à 1500. ad 1600.

Carolus V. Imperat: Clementi VII. Stratoris munus exhibet. 1529.

Concilium Tridentinum Oecumenicum Rom. Pontif. potestatem ubique veneratur.

Petrus de Soto è Dominicana familia, vitæ sanctimoniâ & doctrinâ clarissimus, morti proximus per litteras Pium IV. monet è re Christiana futurum, si declaretur Rom. Pontificem omnibus Conciliis esse superiorem. *Raynald.* An. 1563.

Episcoporum Conventus Meloduni in Gallia habitus 1579. S. Romanã Ecclesiam Magistram, columnam, & firmamentum veritatis appellat.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Generalis Ecclesiæ Gallicanæ conventus, 1626. die 20. Jan. Rom. Pontificem appellat S. Petri Successorem, cui Christus cœli claves, & fidei infallibilitatem dedit.

Litteræ 85. Episcoporum Galliæ ad Innocentium X. 1653. hæc habent: Majores

causas ad sedem Apostol: referri solemnis Ecclesiæ mos est, quem fides Petri nunquâ deficiens, perpetuò retineri pro jure suo postulat.

Petrus de Marca Archiepisc: Parisiensis extremo vitæ anno Gallicè dissertationem de Summi Pontificis infallibilitate composuit, quam Paluzius de ore dictantis excepit, uti ipse testatur in vita illius.

SERIES QUARTA.

Romanorum Pontificum & S. R. Ecclesiæ Cardinalium ritus & vices.

I. Saculum á 1. ad 100.

S Clemens, quem D. Petrus successorem sibi designârat, Linum præcedere maluit, ne apud posteros noceret exemplum.

S. Cletus primus Cleri & populi Romani suffragiis in pontificem electus.

S. Clemens ad tuendam Pontificiam dignitatem peculiares vestes assumit.

Qui Romano Pontifici, consilio & operâ adessent (quod Cardinalium munus est hoc sæculo) non defuerunt, sed Cardinalis nomen nondum est auditum.

Secu-

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Sub Anacleto Pontifice 72. Cardinales institutos qui tradunt, vix fidem inveniunt.

S. Evaristus 7. urbis regionibus, quot eâ tempestate numerabantur, septem Diaconos assignavit, ut in sua quisque Regione Sacra procuraret.

Hi titulum à regionibus desumebant scribentes *exempli gratia*: *Cyprianus Diaconus S. R. E. Regionis primæ.*

S. Hyginus Ecclesiæ gradibus Ordinatis, presbyteros & Diaconos Cardinarios sive Cardinales distinxisse creditur.

Sæcul. II. à 200. ad 300.

Qui 236 Cardinales Romæ vixisse, sedente Pontifice Pontiano tradunt, fabulari censentur.

Ecclesiâ domos & prædia possidente, Cardinalium tituli vel ab his, vel à donantium nominibus sumebantur. Hinc vetustissimi *Lucinæ*, *Vestinæ* Pastoris &c.

Presbyterium, hoc est Consistorium primò memoratur sub Cornelio.

Ostiensis Episcopi jam tum munus erat, electum Romanum Pontificem ritu solenni consecrare.

Papæ nomen, quo Patrem significamus, commune primò fuit Cleericis venerandis & Episcopis omnibus, mox his cœpit esse peculiare, *Baronius*.

Sæcu-

Saculum IV. à 300. ad 400.

S. Marcellus Cardinalium titulos auget. An. 809.

S. Sylvester, dum Constantinus nomen Christo dedisset, Tiaræ aureum addidit Phrygium.

Idem septem Diaconos Regionarios sive revocavit, sive confirmavit.

Aucto Christianorum & regionum urbis numero Diaconi Cardinales 14. Instituti.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Ubi desæviit Cæsarum in Christianos furor, templa in domibus & prædiis Ecclesiæ ædificari cæperunt, & ab ijs tituli inducti. *Exempli causâ: Speciosus Presbyter Card. S. Laurentij in titulo* Lucinæ.

Legati à latere nomenclatura desumpta videtur à litteris D. Leonis Magni ad Julianum.

Cautum est in Synodo Romana sub Hilario, ne quis successorem sibi eligeret.

Sedente Symmacho Cardinalium tituli 28. Hi per numerũ septenariũ divisi quatuor Patriarchalibus basilicis adscribebantur.

S. Felix P. III. primus Imperatorem in Epistola filij nomine compellavit.

Hoc Sæculo Papæ appellatio peculiari quodam modo Romano Pontifici tribui cœpit. *Sauſſayus.*

Sæc.

Sæcul. VI. à 500 ad 600.

Theodoricus Ital: Rex Rom: Pontificis eligendi potestatem usurpat 516.

Gordianus S. Gregorij Magni pater Cardinalis ab uxore vivente secretus.

Justinianus I. Imperator indulgente Vigilio morem inducit, quo liceret Imperatori electum Pontificem confirmare, acceptâ ad id certâ pecuniâ, quod usque ad Benedictum II. ægrè toleratum est.

Pelagius I. Eligendi Pontificis modum præscribit.

Exarchi Ravennates moniti de electione Pontificis, suo decreto ratum habebant. *Diarium Pontif:*

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Bonifacius III. sancit, ne quis de mortuo Pontifici subrogetur, nisi post tertium diem.

Sacrum Chrisma & Evangelium in solemnibus supplicationum pompis Romano Pontifici Acolythi præferebant.

Joannes IV. abjectâ cerâ, plumbo diplomata primus obsignat.

Constantinus Pogonatus veterem comitiorum libertatem Eccles. Roman: restituit.

Joannes V. & Sergius I. Salutem & Apostolicam benedictionem in bullis primi præmittunt.

Primus Romanæ Ecclesiæ thesaurarius sub Agathone. *Genebrard.*

Sæc-

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Proſtratio Imperatoris ante Pontificem ejuſque pedum exoſculatio 709.

Gregorius III. 14. Diaconis Cardinalibus 4. addit Palatinos, quorum munus erat Pontifici in Eccleſia Lateranenſi miniſtrare.

Sub Stephano III. 769. In Concilio Romano decretum eſt, ne quis eligeretur in Pontificem niſi ex Cardinalium Collegio.

Pipinus Galliæ Rex primus equi Pontificij frænum tenens, Stephanum III pedes deducit in regiam.

Sex Cardinales Epiſcopi ſub Stephano IV. primò memorantur.

Seculum IX. à 800. ad 900.

Lotarius primus amotis iis, quibus jus ſuffragij non erat, à comitijs Pontificijs turbas arcet, jubetque ijs vel regem, vel legatum intereſſe.

Leo IV. Reges & Cæſares ſacris comitiis immiſceri vetat.

Nicolaus I. Aureo circulo tiaram ornat.

Joannes VIII. Cardinalium jura primus evulgat.

Crucis geſtatio ante Romanum Pontificem vel inducta, vel illuſtrior reddita.

In fine hujus ſæculi nullus amplius Catholicus Epiſcopus Papæ nomine uti ſolebat, propriumque centebatur Rom: Pontificis. *Baronius.*

Sæcu-

Saculum X. à 900. ad 1000.

Octavianus Pontificatum adeptus, nomẽ primus immutat, dictus Joañes XII. 956.

Septem Cardinales Episcopi singulis hebdomadis in Lateranensi Basilica Pontificis vices explent; unaquæque reliquarum patriarchalium Basilicarum septem Presbyteros Cardinales assignatos numerat. Diaconi Cardinales regionarij 12. Palatini sex.

Gregorius V, quamvis non Cardinalis, Pontifex renunciatur, quod idem postea contigit in Victore II, Eugenio III, Urbano IV. Gregorio X. Cælestino V. Et Urbano VI.

Saculum XI. à 1000 ad 1100.

Damasus II primus diplomata incarnationis anno consignat.

Leo IX. primus suo nomine consignatam pecuniam cudisse videtur.

Pallium & ornamenta Pontificia medio fere sæculo mutantur *Videatur Papenbrochius in Propylæo.*

Nicolaus II. creandi Romani Pontificis jus ad cardinalium suffragia revocat 1059.

Romani Pontificis possessionẽ, Pontificatus adeundi ceremonias hoc sęculo usurpari solitas refert Baronius in Paschali II. 2099.

Gregorius VII. 1073. in Romanâ Syno-

do

do vetat ab alio quàm à Rom: Pontifice Papæ nomen usurpari.

Sub Paschali II. Cardinales 19. numerati

Sæcul XII. à 1100. ad 1200.

Alexander III. sanxit, ne Pontifex electus ratus esset, nisi minimùm duas suffragiorum tertias partes tulisset.

Gregorius VIII. functus Cancellarij munere, dum Cardinalem ageret, ad Pontificatum evectus, nullum ex Patribus sibi substituit, sed Moysem Canonicum Lateranensem Cancellarij vice fungi jubet, hinc ille & successores Vice-Cancellarii appellati *Ciacconius Azor & alij. Saussaya non probatur quamvis non meliora asserat.*

Sæcul. XIII. à 1200. ad 1300.

A Gregorio IX. Ad Cælestinum V. Cardinalium numerus adeo imminutus est, ut nunquam plures quàm 22. aliquando vix 10 aut 8 recenserentur.

Purpureus Galerus cardinalibus datus ab Innocentio IV. In Concilio Lugdunensi.

Conclavis ad Pontificē eligendum initiū Viterbij S. Bonaventurâ persuadente 1270.

Gregorius X. severiores de Pontifice eligendo leges tulit.

Nicolaus IV. dimidiam Pontificiorum vectigalium partem Cardinalibus assignat.

Bonifacius VIII. primus duplici corona iram circumdat.

Sæcu-

Secul. XIV. à 1300. ad 1400.

Clemens IV. In Viennensi concilio decernit Romam Pontificem posse abdicare.

Clemens VI. severas Pontif: comitiorum leges à Gregorio X. latas temperat.

Idē primus diplomata gentilitijs insignibus munit. Qua in re vix habuit imitatores.

Annulus piscatorius per hæc tempora cœptus adhiberi.

Urban⁹ V. primus triplicē coronā inducit.

Sub Gregorio XII. Eucharistiæ, Romano Pontifici iter habenti præferendæ certus usus apparet. *Angelus Rocchæ.*

Secul. XV. à 1400 ad 1500.

à Martino V. Leges Cardinalibus datæ.

Idem primò in arcano pectoris servat nomina lectorum in patrum senatum, ita tamen ut senatui nota esse velit.

Eugenius IV. Usum tacendi lectorum Cardinalium nomina reiecit.

Post mortem Eugenij IV. primò habitæ sunt orationes duæ, altera de mortui Pontificis laudibus ab Auditore Rotæ, altera de successore eligendo à Cardinali.

Paulus II. purpureas vestes Cardinalibus in signum tribuit.

Julius II. iterum retinet in arcano pectoris Cardinalium lectorum nomina, & nulli revelat.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Leo X. numerum Patrum auget lectis in sacrum senatum 31. anno 1517.

Idem, & Paulus III duobus Cardinalibus è sacra S. Benedicti familia purpureæ vestis usum alicubi permittunt.

Pius IV. etiam Oecumenico sedente Concilio Romani Pontificis electionem à Cardinalibus faciendam decernit.

Sixtus V. numerũ 70. Cardinalitũ præfigit.

Purpureus Pileus Cardinalibus regularibus datur à Gregorio XIV.

De veste eisdem purpurea concedendâ aliquoties actum, sed irrito successu.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Clemens VIII. missis per Maphæum Barberinum Ludovico XIII, Henrici IV, recèns nato filio Sacris fascijs, eum honorem regum primogenitis sceptro destinatis habendi morem inducit 1601.

Hieronymus Cardinalis Rusticuccius novo exemplo duos retinet titulos.

Gregorius XV editâ constitutione Pontificiâ comitia novis legibus munit.

Urbanus VIII. Eminentissimi titulum Cardinalibus attribuit.

Constitutio moderatrix donationum & distributionis redituum Ecclesiasticorum in consanguineos & affines Rom: Pontificis editur ab Innocentio XII. 1692.

SERI-

SERIES QUINTA

Persecutiones Insigniores Ecclesiæ & in eis fidei testes.

Sæculum I. à 1. *ad* 100.

INnocentes pueri primitiæ Martyrum. S. Stephanus Martyrum Primicerius furentibus in Christianos Hebræis 33.

Prima Persecutio Neronis incipit an. 64. desinit anno 68 in ea Palmas adepti S. Andreas, Petrus, Paulus, & alij.

II. Domitiani ab anno 90. ad 96. in ea Martyres plurimi; sed insigniores Acilius Glabrio exconsul 94. & Flavius Clemens Domitiani Patruelis.

III. Trajani cœpta an: 98. desinit 116. in ea coronati Simeon Cleophæ filius Hierosoly: Episc; & Ignatius Antioch: Episc:

Sæculum II. à 100. *ad* 200.

Ab Hadriano mitigata, non omnino sublata.

Sub eo passi SS. Getulius & Symphorosa cum 7. filijs.

IV. Sub Marco Aurelio & Lucio Vero vexati Christiani à 161. ad 174: in ea Martyres SS. Justinus, Polycarpus, Photinus,

Blandina, Felicitas septem Martyrum parens 173.

Prorogatur à Commodo, sub quo coronatur Apollonius senator genere & doctrinâ nobilis 176. circiter.

V. Severi ab anno 200. circiter ad 211. in ea Leonidas Origenis Pater, S. Irenæus Episc: Lugd: Martyrio claruêre.

Secul. III. à 200. ad 300.

VI. Persecutio Maximi à 235. ad 237. in Sacros Antistites præcipuè mota.

VII. Persecutio Decij Galli & Volusiani à 249. ad 254. in ea S. Agatha virgo.

VIII. Valeriani & Gallieni à 257 ad 260. in ea coronam adepti SS. Sixtus, Laurentius & Cyprianus.

IX. Claudij II. Et Aureliani à 269 ad 275.

X. Diocletiani, Maximiani & aliorum à 284. sed præcipuè furit anno 303. in ea passi SS. Mauritius & Socij & S. Sebastianus Anno 286.

Saculum IV. à 300. ad 400.

SS. Agnes, Lucia, Vincentius Dorothea & ut quidam opinantur, Catharina V. & M.

Cæso deinde per Constantinum Licinio pax Ecclesiæ & otium ubique partum.

XI. Constantinus Arrianus vexat Ecclesiam à 340. ad 361.

Sapor

Sapor Perſarum Rex ab anno 340. ad 369. barbarè ſævit.

XII. Julianus 362. crudeliter, ſed callidè furit.

XIII. Valens Arrianus in SS. Præſules præcipuè ſævit à 366. ad 378. quo ceſſat Cæſarum furor.

S. Urſula cum undecim Sociarum millibus ab Hunnis cæſa anno 382.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Perſæ ab anno 420. ad 450 ſub Iſdegerde Varane IV. & V. Chriſtianis infeſti.

Genſericus Wandalorum Rex in Africa & Sicilia 437 ad 476. ejuſque ſucceſſores ad 499. in Catholicos ſæviunt.

Attila Chriſtianas pleraſque provincias flagellat ab anno 442 ad 454.

Anaſtaſius Imp. hæreticis favens vexat Catholicos à 493 ad 518.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Traſamundus in Africa furit in Sacros Antiſtites ab anno 504 ad 522.

S. Sigiſmundus Burgundiæ Rex & Martyr 524.

Theodoricus in Joannem I. Pont; in Boëthium & Symmachum ſævit 526.

S. Placidus Abbas cum Socii Monachis à Manucha interemptus an. 541.

S. Hermenegildus Rex, jussu Patris Leovigildi obtruncatur 586.

S. Golanduc: insignis Martyr in Persida 593.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Cosroas Persarum Rex Christianum nomen varijs suppliciis affligit ab anno 607 ad 625.

S. Anastasius cum 700. Socijs obtruncatur in Persida 628.

S. Eneumundus Lugdun: Ep. Ebroini fraudibus. S. Argulphus Lerienſis Abbas per fallos fratres cæsus 664.

S. Maximus in exilio moritur 663.

S. Trudo Presbyter florebat 679.

S. Dympna ob castitatẽ à patre Hyberniæ Rege interempta 700.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

S. Lambertus Episc. Trajectensis sive Leodicensis ob notatum scortũ cæsus 707.

Infesti Ecclesiæ Saraceni ab anno 718.

Leo Iconomachus indignis modis Catholicos vexat 740.

S. Bonifacius Episc. Mogunt. in Frisia pro Christo cæditur 754.

Constantinus Copronymus Martyrum messem cœlo infert.

Habdalla Saracenorum Princeps furit in Christianos.

Sæcu-

Secul. IX. à 800. ad 900.

Saraceni ab an. 812. Ecclesiam in Hispan. & Oriente vexant.

Bulgari Orientalem Ecclesiam valde affligunt 813.

Leo Armenus furit in Orthodoxos.

Monachi 900. è Monasterio S. Vincentij ad Vulturnum à Saracenis pro Christo cæsi 880.

Dani in Anglia & Scotia plures pro Christo trucidant.

Saculum X. à 900. ad 1000.

Habdaragman Saracenus Rex nomini Christiano infestus 923.

S. Eugenia Virgo Cordubæ 923.

S. Pelagius Regii Sanguinis adolescens fidei & Castitatis athleta 925.

Sæviunt in Christianos Bohemi 929.

S. Wenceslaus Bohemiæ Dux impiâ matre impellẽte cæditur à fratre Boleslao 929

S. Eduardus Anglorum Rex novercæ insidiis cadit 978.

S. Adalbertus Ep. Pragensis Russorum Apostolus ab eisdem cæsus 997.

Secul. XI. à 1000. ad 1100.

S. Abbo Floriacensis Martyrio coronatur 1004.

Innumeri Christiani variis in locis à Scla-

Sclavis, Hungaris, Danis & Russis pro fide Catholica interfecti.

S. Bruno Russorũ Apostolus cæditur 1008
S. Olaus Rex Norwegiæ & Martyr. 1028
S. Gerardus Venetus in Hungaria 1047.
Arialdus Mediolanensis Diaconus 1066.
S. Stanislaus Cracovienſis ab impio Boleslao obtruncatur 1097.
S. Canutus Rex Daniæ 1080.
Bonizo à Schismaticis interimitur 1089

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Quamplurimi à Sclavis Altenburgensibus è Folaccis pro Christo interfecti, alii etiam in Hispania à Saracenis.

Victo in Oriente Balduino, plures Monachi pro Christo trucidantur 1131.

S. Ericus Sueciæ Rex Martyrii laureâ clarus 1151.

S. Thomas Cantuarienſis pro Christi Ecclesia gladiis impiorum occumbit 1170.

S. Petrus Parentius Urbe veteri à Manichæis trucidatur 1199.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Ex Divi Franciſci familia septem 1219. & totidem anno 1221. à Machometanis cæsi.

S. Angelus Carmelita ab hæreticis in Sicilia 1222. S. Engelbertus Colon. Episc. 1225. interficitur.

Innumeri Christiani obtruncati à Mindano

dano Lithuanorũ Duce & Christi desertore.

S. Petrus ex Ordine S. Dominici Sacrorum quæsitorum patronus 1252.

Wernerus puer furtim à Judæis occisus in oppido Wesalienſi 1288.

Monaldus Ordinis Min. Arzenghæ in Asia à Saracenis cæsus an. 1288 seu 1289.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Saraceni Christianos plurimos variis in locis pro fide Christi necant.

Jacobus è Minorum familia, qui ad Orthodoxæ fidei veritatem asserendam illæsus in igne perstiterat cum sociis tribus clam necaturâ Saracenis 1319.

Cathalanus & Paschalis Minoritæ ab impiis, in quos de fide suspectos inquirebant, Cabioli in agro Lugdunensi trucidantur 1321. *Raynald.*

In Scythia Asiatica 6. è Franciſci familia pro Christo interempti 1341. & alii plures è familia S. Franciſci quos enumerat *Bozius de signis Ecclesiæ lib 7 cap. 3:*

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

In Oriente 32. ex familiis SS. Dominici & Franciſci à Turcis pro Christo interfecti.

Vir egregius ex Ordine S. Dominici crematur in rogo, quem Hussitæ ex Sacris imaginibus in templo struxerant 1430. *Raynald.*

S. Si

S. Simeon puer Tridenti à Judæis sævissimè trucidatus 1475.

Hydrunto à Turcis capto 1480. Archi-Episcopus & 800. cives fortissimè pro Christo occubuêre.

B. Petrus de Arbues Sacræ fidei quæsitor cæsus 1482.

Sæc: XVI. à 1500. ad 1600

Captâ per Turcas Rhodo Zemisces Bajazetis II. ex fratre nepos, qui ea in urbe equitum liberalitate sustentabatur, in Christianæ Religionis confessione constantissimus, cum duobus filiis Solimanni jussu obtruncatur 1522. *Raynald.*

Apud Indos tum Orientales, tum Occidentales obiêre pro Christi nomine ex Dominicanis, Franciscanis, & Societate Jesu, plurimi.

In Anglia sub Henrico & Eduardo Regibus ac Elisabetha Regina sævitum in Catholicos, ac præsertim Sacerdotes & Religiosos.

Gorcomii 19. pro SS. Eucharistiæ & Pontificii primatûs defensione à Calvinianis interempti varij 1572.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Multi Catholici in Gallia & alibi Calviniorum rabiem experti.

Japonum furor & ad eos commeantium ex Europa hæreticorum fraudes in Christianos debacchantur. Catho-

Catholici Hyberni atrociter vexantur sub tyranno Cromuelo.

Christi fides apud Sinas sævâ quinque annorũ tempestate jactatur à 1664 ad 1669

In Coccincina barbari Christianos tormentis & cædibus persequuntur.

Anglia in Catholicosac præcipuè in Sacerdotes acerbissimè fævit an: 1679. iniquitatis instrumento adhibito Oathe pessimi furfuris homine.

SERIES SEXTA.

Concilia Generalia & Provincialia.

Saculum I. á 1. ad 100.

ADvertat Lector Litteram R *indicare concilium reprobatum.* R. P. *partim probatum, partim reprobatum.* Litteram G. *concilium* Oecumenicum *sive* Generale. *Quod si fortè deprehensum fuerit in hac serie concilium unum vel alterum omissum, non ægrè id ferat benevolus lector, quia adhuc à nemine præstitum est, ut recensuerit omnia. Collecta hìc sunt, quotquot colligi potuerunt.*

Hierosolymitanum I. In quo cœlesti sorte Judæ substitutus Matthias an: 33.

Hierosolymitanum II. In quo septem Diaconi electi, 33.

Hie-

Hierosolymitanum III. In quo statuta ab Apostolis de circumcisione, & legalium facta abrogatio.

Antiochenum ab Apostolis celebratum, cujus Nicænum G. videtur meminisse. Ex *Turriano contra Magdeburg*: Sed dubium est & annis incerta.

Meliaporense apud Indos à S. Thoma celebratum. *Athan: Kircher: ex monumentis ejus Ecclesiæ Chin: illustr. p. 2. cap. 7.*

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Cojacense in Hispania 150. Cæsariense in Palæstina & Romanum de celebratione paschatis 196. Ponticum Gallicum. Osrhenum, Achaicum in eadem causa Paschatis an: 198. Asianum R. 198.

Sæculum III. à 200 ad 300.

Africanum R. 215 Philadelphiense contra Berillum 242. Bostrense in Arabia 249. Romana 253 254 257. 263.

Carthaginensia 253. 255 Cæsariense in Cappadocia 256. Iconiense & Synadense R. R. 256

Carthaginensia RR. 256. 256. Africana 257. 258.

Antiochena contra Paulum Samosatenum 264 270. Illiberitanum, vel sub finem hujus sæculi, vel sub initium sequentis sub Pontifice Marcellino, antequam Diocletianus fureret in Christianos.

Cir-

Cirthense R. 303. Sinuessanum pleriſque ſuſpectum 303.

Carthaginenſia Donatiſt: duo anni incerti.

Sæcul IV. à 300 ad 400.

Romana 313. 315. 324. 325 337. 340. 341. 368. 369. 373 382. 386. Arelatense, Ancyranum, Neocæſarienſe 314. Alexandrina 319. 339 362. 363. 398. Gangrenſe anni incerti.

Nicænum G. I. 325. Tyrium Arian: 335.

Hieroſolymit: R. 335. Conſtantinopolitana Arian: 336. 339. 359. Alexandrinum Arian: 339. Antiochenum 341. falsò creditum Arianorum, ſed verè Catholicorum, & Religioni perutile.

Antiochena Arian: 346. 361. Mediolanenſia 344. Sardicenſe Arianum 347. Carthaginenſia 348. 348. 390. 397. 398. Sirmienſe Catholic: 349. Sirmienſia Arianorum 351 357. Arelatenſe Arianum 355. Biterenſe 356. Laodicenum temporis incerti. Colonienſe 356. Ancyranũ Arian: 358. Ariminenſe 359 Seleucienſe R. 359. Pariſienſe 362. Antiochenum 363.

Lampſacenum falsò creditum Arian: 365. Carienſe & Singedunenſe Arian: 366. Illyricum 367. Tyanenſe 369. Valentinum I. 374. Conſtantinopolitanum G. II. 381. Aquilejenſe & Cæſarauguſtanum 381. Conſtantinopolitana 382. 400. Sidenſe 383.

Burdegalense 385. Trevirense 386. Capuanum 389. Angarienſe 391. Hipponenſe 393. vel circiter. Coplenſe 394. Bagajenſe conciliabulum 394. Taurinenſe 398. Toletanum I. 400.

Sæcul. V. â 400 ad 500.

Africana 401. 401. 403. 404. 405. 407. 408. 408. 410. 410. 416. 417. 418. 425. Milevitana 402. 416. Toletanum 406. Ptolemaidis 411. Cirthenſe 412. Carthaginenſia 412. 416. 418. 419. Macedonicum 414. Dioſpolitanum 415. Hieroſolymitana 415. 454. Romana 417. 430. 433. 444. 445. 449. 465. 483. 484. 487. 494. 495. 499. 500 Teleptenſe 418. Anaparenſe 423. Orientale 427. Alexandrina 430. 432. Epheſinum G. III. 431. 431. Prædatorium R. 449. Antiochenum 432. Armenum 435. Conſtantinopolitana 439. 448. R. 449. 450. 459 Regenſe 439 Arauſicanum I. 441. Vaſionenſe 442 Hiſpanienſe 447. Tyrium & Berythenſe 448. Mediolanenſe 451. 451. Arelatenſe II. 452 III inter 449. & 461. Chalcedonenſe G. IV. 451. Andegavenſe 453. Hieroſolymit. 454. Synodus S. Patritij 456. Turonicum I. 461. Veneticum I. 465. Cabilonenſe 470. Bituricenſe 472. Viennenſe in Gallia 474. Lugdunenſe 475.

Sæcul.

Sæcul. VI. â 500. ad 600.

Romana 501. 502. 503. 504. 518. 530. 532 590. 595. Byzacena 504. 541. Agathense 506 Aurelianensia 511 536. 538. 541. 549: Sidense R. 512. Remense 514. Epiroticum 516. Taraconense, Gerundense, Epannense 517. Lugdunensia 517. 519. 567. Constantinopolitanum, Hierosolymitanum, Tyrium 518. Constantinopolitana 520. 536. 547. Gen: V. 553. Ilerdense, Valentinum in Hispania 524. Arelatense IV. 524. V. 554. Carthaginense 525. Carpenitoratense 527. Arausicanum II. 529. Valense 529. Toletana 533. 539. 597. 597. Africanum 534. Arvernense 535. Hierosolymitana 536. 553. Barcinonense 540. Mopsvestanum 550. Parisiensia 551. 557. 576. 580. Aquilejense 553. Bracarensia 563. 572. Lucensia in Hispania 564. 569. Turonense II. 567. Cabilonense 582. Matisconensia 583. 583. Brennense 583. Antisiodorense anni incerti. Narbonense 589. Pictaviense & Hispalense 590. Cæsar Augustanum II. & Metense 592. Oscense 598.

Sæcul. VII. â 600. ad 700.

Romana 601. 602. 606. 610. 640. 648. 649. 667. 680. Byzacena 602. 641. Numidicum 604. Toletana 610. 634. 636. 637. 647. 653. 655. 656. 675. 681. 631. 683. 684 688 693. 694. Tarraconense sive Egarense, Pa-

risiense 614, Matisconense 617. Hispalense 619. Remense 625. Aurelianense 645. Cabilonense 650. Emeritense 656. Clypiacense 662. Augustodunense 670. Erdfordiense 673. Bracarense 675. Anglicanum 679. Mediolanense 679. Romano-Britannicum sive Hedfeldense 680.

Constantinopolitanum G. VI. 680. & 681. Rothomagense 682. Cæsar Augustanum 691. Quinisextum seu Trullanum R. 692. Becanceldense 694. Ultrajectense 697. Aquilejense 698.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Toletanum 701. Romana 705. 721. 724. 726. 731. 732. 743. 745. 761. 769. 800. Anglicanum 705. Constantinopolitana R. 712. 754. falsò appellatur VII. Oecumenica Synodus, Ratisbonensia 742. 792. *à quibusdam dicitur Primum Germanicum* Liptinense 744. Suessionense 745. Germanicum 745. Clavoshovense 747. Vermerense & Metense 753. Vernense 755. Compendiense 757. Germanicum R. 759. Gentiliacense 766. Dinglovinense 777. Wormatiensia 772 776. Genevense 773. Marcodurensia 775. 779. Paderbornensia 777. 786. Lipstatense 780. Colonense 782. Calecutanum 787.

Nicænum II. G. VII. Inghelheimense & Nar-

Narbonense 788. Forojulienſe 791. Francofordienſe 794

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Altinense 802. Cloveshovienſe 803 Conſtantinopolitana RR. 809. 814. 818. 857. 879. falsò dictum G. VIII, Aquisgranenſia 809 816 817. 836. 842. 862. Moguntiacum Remenſe, Turonenſe, Cabilonenſe, Arelatenſe 813. ad Theodonis villam 814. 835. 844. Noviodunenſe 814. Ingelheimenſe 827. Attiniacenſia 822. 870. Pariſienſia R. 824. 829. 846. 865. 868. 879. 879. 881. R. 897. Compendienſe 833 Metenſia 835. 838. RR. 863. 869. 893. Lugdunenſe 836. Cabilonenſia 839. 894. Lauriacenſe 843. Vernenſe 844 Bellovacenſe & Meldenſe 845. Moguntiaca 847. 848. 857. 888. Turonenſe 849. Ticinenſia 850. 855. 876. Cordubenſe R. 852. Sueſſionenſia R. 853. 866. Valentinum 855. Criſſiacum 856 Tullenſia 859. 860. Confluentinũ 860. Sablonenſe 862. Sylvanectenſe 863.

Trecenſia 868. 878. Conſtantinopolitanum IV. Gen. VIII. 869. Vermerienſe 869. Colonienſia 870. 887. Duziacenſia R. 871. 874. Pontigonenſe 876. Neoſtrienſe & Ravennenſe 877. Remenſia 879. 892. Ad S. Macram 881. Viennenſe in Gallia 892. Triburienſe 895.

Sæcul. X. á 900 ad 1000

Ovetenſe 901. Romana 904. 949. 963. R

964. 964. RR. 971. 983. 989. 993. 996. 998. Ravennenſia 904. 967. 997. Sueſſionenſia 909. 941. Trosleiana 909. 921. 924. 927. Cabilonenſe 915. Confluentinum 922. Duisburgenſe 927. Erdfordienſe 932. Remenſia 935. 975. 989. 981. R. 995. Narbonenſe 940. Conſtantinopolitanum 944. R. 963. 975. Virodunenſe 947. Aſturicenſe 947. Moſomenſia 948. 995. Ingelheimenſia 948. 958. Trevirenſe 948. Auguſtanum 952. Meldenſe 962. Anglicanum 969. Mutinenſe 973. Ad montem S. Mariæ in Gallia 973. Wincſtrenſe 975. Wintonienſe 975. Landavenſe 988. Sylvanectenſe 990. Ticinenſe 997. San Dionyſianum 997.

Secul. XI. à 1000. ad 1100.

Dormantenum 1005. Francofordienſe 1006. Æxhamenſe 1009. Bambergenſe 1011. Legionenſe 1012. Aurelianenſe 1017. Aquiſgranenſe, Salenguſtadenſe 1022. Bituricenſe 1031. Lemovicenſia 1031. 1095. Triburienſe 1035. Sutrina 1047. 1059. Romana 1047. 1049. 1050. 1051. 1053. 1057 1063. 1065. 1066. 1074. 1075. 1076. 1078. 1078. 1079. 1080. 1981. 1084. 1084. 1089. 1099. Ticinenſia RR. 1049. 1077. Remenſia 1049. 1061. Moguntina 1049. 1069 1070. 1075. 1085. Rothomagenſia 1050. 1072. 1074. 1096 Sypontinum, Vercellenſe, Coyacenſe 1050. Mantuana 1053. 1065. Narbonen-

bonense 1054. Florentina 1055. 1063. Lugdunensia 1055. 1086. Turonense 1055. Colonienſe 1056. Toloſana 1056. 1091. Compoſtellanum 1056. Melphitana 1059. 1089. *Non Amalphitana, quia in Apulia habita ſunt.*

Pariſienſe 1059. Jaccenſe 1060. Baſileenſe R. 1060. Osborienſe 1062. Aragonenſe 1063. Cabilonenſe 1063. Barcinonenſe 1064. Winceſtrenſe 1069. Wintonienſe 1070. Anglicana 1072. 1074. R. 1075. 1095. Erdfordienſe R. 1073. Wormatienſe R. 1076. R. Pictavienſe 1079. Britannicum 1079. Brixienſe R. 1080. R. Juliobonenſe 1080. Avenionenſe 1080. Meldenſe 1080. Quintiliburgenſe 1085. Capuanum 1087. Beneventana 1087. 1091. Trojanum 1089. Conſtantienſe 1094. Placentinum 1095. Claromontanum 1095. Nemauſenſe 1096. Barenſe 1098. Hieroſolymitanum 1099. Anſanum 1100.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Lateranenſia 1101. 1112. 1116. G. IX. 1123 G. X. 1139. Gen: XI. 1179. Londinenſia 1102 1103. 1107. 1125. 1128. 1138. 1143. 1162. 1175. Trojana 1104. 1107. 1117. 1124. 1127. Florentinum & Quintiliburgenſe 1105. Beneventana 1108. 1113. 1117. Remenſia 1109. 1119. 1131. 1148. Hieroſolymitana 1111. 1143. Vi-

ennensia 1112. 1119. Bellovacense 1114. Colonienſia 1116. 1119 Romana 1116. 1122. 1123. Capuanum 1118. Toloſana 1119. 1124. Samaritanum 1120. Nannetenſe 1127. Ravennenſe 1128. Stampenſia 1130. 1147. Claromontanum 1130. Leodienſe & Moguntinum 1131. Placentinum 1132. Jotrenſe 1133. Piſanum 1134. Northamptonenſia 1138. 1164. R. Wincestrenſia 1138. 1142. Senonenſe 1140. Antiochenum 1142. Vecelia-cenſe & Carnotenſe 1146. Pariſienſia 1147. 1186. 1188. Trevirenſe 1148. Belicenſe 1151. Ticinenſe R. 1160. Montepeſſulanum 1162. Turonenſe 1163. Clarenſe R. 1164. Caſſelanum 1171. Abrincenſe 1172. Venetum 1177. Lumberenſe 1177. Anglicanum 1188. Eboracenſe 1195. Dalmaticum, Dioclenſe, Divionenſe 1199.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Duicenſe & Senonenſe 1201. Londinenſe 1202. Scoticum 1203. Monſtimerienſe 1208. Avenionenſia 1210. 1270. 1279. 1282. Romana 1210. 1228. 1234. Pariſienſia 1212. 1223. 1228. Vaurenſe & Micrellenſe 1213. Monſpellenſia 1214. 1258. Londinenſia 1214 1337. 1268. 1291. 1397.

Lateranenſe IV. Gen: XII. 1215. ſub Innocentio III. Oxonienſe 1222. Germanicum 1225. Narbonenſia 1225 1235. Leodienſe & Weſtmonaſterienſe 1226. Toloſanum

num 1229. Tarraconensia 1229. 1242. 1279 Castro Gonreriana 1231. 1268. Bitterrensia 1233. 1246. Arelatensia 1234 1251. 1260. 1275 Turonensia 1236. 1239. 1282. Campinacense 1243 Worcestrense 1240. Valle Gnidonense 1242.

Lugdunense I. Gen: XIII. 1245. Valentinum 1248.

Salmurienſia 1253 1276. Albiense 1254. Burdegalense 1255. Danicum 1257. Roffiacense 1258 Colonienſia 1260. 1280. Copriniacense 1260. Lambethensia 1260 1261. 1281 Nañetense 1274 Viennense in Austria 1267. Ravennensia 1269 1286. Andegavensia 1269. 1279 Senonēse 1269. Cōpendiense 1270 Redonense 1273 Lugdunense II. G. XIV. 1274 Salisburgensia 1274. 1281. Biturícensia 1276 1286. Langesiense 1278. Pontodomacense, Budense 1279. Insulanum 1286. Herbipolense 1287. Mediolanensia 1287. 1291. Aschaffenburgense 1292. Rothomagense 1299. Bajocense 1300.

Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.

Compendiensia 1301. 1304. 1329. Romanum 1302. Toletana 1302. 1324 1339. 1347. 1355. Nugarolensia 1303. 1315. Auscitanum 1308 Salisburgensia 1310. 1386. Colonense 1310. Ravennensia 1310. 1311. 1314. 1317. Mo-

gun-

guntinum 1310. Viennense Gen: XV. 1311. Salmurienſe 1315. Senonenſe 1320. Pariſienſia 1323. 1346. Valliſoletanum 1324. Avenionenſia 1326. 1327. Marcianenſe 1326. Rothomagenſe 1335. Caſtro-Conterienſe 1336 Anglicanum 1341. Londinenſia 1342. 1382. 1391. 1396. Noviomēſe 1344. Bitterrenſe 1351. Lambethenſe 1362. Andegavenſe 1365 Vaurenſe 1368. Palentinum 1388. Cantuarienſe 1399.

Sæc. XV. à 1400 ad 1500.

Sylvanectenſe 1402 Aragonenſe R. 1406. Oxonienſe 1408 Perpinianenſe R. 1409. Auſtrium ſive Utinenſe 1409. Piſanum Gen: nec P. nec R 1409.

Conſtantienſe Gen: R. P. cœptum 1414 finitum 1418. Salisburgenſe 1420. Senenſe & Lancitianum 1423. Colonienſia 1423. 1452 1470. Dertuſanum & Pariſienſe 1429. Baſileenſe G. R. inchoatum 1431. finitum 1443.

Florentinum G. XVI. Inchoatum Ferrariæ 1438. finitum Florentiæ 1439. Friſingenſe 1440 Andegavenſe 1448. 1521. Lugdunenſe 1449. Avenionenſe 1456. Eboracenſe 1460. Toletanum 1473. Senonenſe 1485.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Turonenſe R. 1510. Piſanum G. R. 1511. Lateranenſe G. XVII. Inchoatum 1512. Finitum

tum 1518. Bituricense 1528. 1584. Senonense 1528. Colonienſe 1636. 1549 1559.

Tridentinum G. XVIII. Inchoat: 1545. ſub Paulo III. Finitum 1563. ſub Pio IV. Auguſtanum 1548. Trevirenſe & Moguntinum 1549. Narbonenſe 1551. Remenſe 1564 Cameracenſia 1565. 1581. 1583. Mediolanenſia ſub D. Carolo Borromæo 1565. 1569. 1573. 1576. 1579. 1582. Toletanum 1565 Conſtantinopolitanum 1565. Mechlinienſe 1570. Dertuſanum 1575. Turonenſe 1583. Rothomagenſe 1583. Bituricenſe 1584. Aquenſe 1585. Mexicanum 1586. Toloſanum 1590. Avenionenſe & Breſtanum 1594. Aquilejense 1596. Diamperanum prope Goam 1599.

Sæc. XVII à 1600. ad 1698.

Ebredunenſe 1605. Pariſienſia 1605. 1612 Mechliniense 1607. Narbonense 1609. Senonense 1612. Aquense 1612. Amadanense in Meſopot: 1616. Petricovienſia in Polon: ſub Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. Burdegalenſe 1624. Varſaviense 1634.

Conſtantinopolitana à Schismaticis celebrata contra dogmata Calvini 1635. 1642. *Ex Synodicis Parthenij litteris, & Leonis Allatij de Occid: & Orient: Eccleſia conſenſu.*

SE-

SERIES SEPTIMA.

Sanctitate clari in utroque Sexu ab anno Christi 1. usque ad 1698.

Seculum I. á 1. ad 100.

S. Maria Virgo Deipara annum agens 72. moritur anno partæ salutis 57.

S. Joseph Mariæ Sponsus moritur, ut opinantur aliqui, anno 28.

S. Joannes Baptista 31.

SS. Apostoli & discipuli Domini.

S. Maria Magdalena.

S. Thecla Virgo & Martyr 47.

S. Petronilla Virgo 69.

S. Martha Virgo 74.

S. Dionysius Areopagita Athenienſium & uti traditur, etiá Parisiensium Episcopus.

S. Flavia Domitilla V. & M. 98.

SS. Nereus & Achilleus MM. 98.

Seculum II. á 100. ad 200.

S. Onesimus Ep. S. Pauli discipul: M. 108.

S. Romulus Ep: 108. S. Simeon, Ep; M. 109.

S. Titus Ep: & M. 109.

SS. Eustachius & Socij MM. 118.

SS. Faustinus & Jovita MM. 121.

S. Sa-

S. Sabina Romanarum matronarum exemplar 122,

S. Praxedes V. 164.

SS. Gervasius & Prothasius MM. 167.

S. Benignus Divion: Apostolus.

S. Photius Epis: 177. S. Andreolus 199.

SS. Ferreolus & Ferrutius Bisuntinorum Apostoli MM.

Saeculum III. â 200. ad 300.

SS. Perpetua & felicitas MM. 205.

S. Barbara V. M. S. Cæcilia V. M. cum SS. Tiburtio & Valeriano 230. S. Margarita V. M. 250. S. Apollonia V. M. 252.

S. Gregorius Thaumaturgus Epis: 262. S. Dionysius Alexandr: Ep: 265. S. Gregorius M. 292. S. Gabinius M. 296.

S. Pontius Diacon: S. Zeno Ep: S. Victorinus Pictavienſis Ep: M. sub Diocletiano.

Saeculum IV. â 300. ad 400.

S. Januarius Epis: M. 305. cujus sanguis Neapoli, si capiti apponatur, liquescit.

S. Nicolaus Ep: Myrensis, cujus ex ore arido liquor mirabilis perpetuò fluit.

S. Helena Constantini mater 427. S. Paphnutius 325. S. Antonius Abbas 350.

S. Optatus Milev: Episc: 364. S. Hilarius Pictavienſis 369. S. Eusebius Ep: 350. S. Athanasius Epis: Alexand. 372. S. Hilarion Abbas 372. S. Juvenalis Ep: 376.

S. Ephrem 378, S. Basilius Magnus Ep: 379. S. Arsenius Abbas 380. S. Liborius Epis. 386. S. Geminianus Episc: 387. S. Monica S. Augustini mater. Et S. Gregorius Nazian: Episc. 389.

S. Gregorius Nyssenus Ep: 394 S. Ambrosius Episc: 398. S. Martinus Episc: 397. 400. vel 401.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

S. Epiphanius Epis: 404 S. Joannes Chrysostomus Ep: 407. S. Hieronymus 420. S. Honoratus Arelat: 426. S. Gaudentius Ep: 427. S. Alexius & S. August: Ep: Hipponen: 430. S. Paulinus Ep. Nolanus 431. S. Germanus Episc. Antisiodor. 448. S. Petrus Chrysol: Ep. 449. S. Eucherius Ep. 449. S. Hilarius Ep. Arelat. 449. S. Petronius Ep: 450. S. Pulcheria Imper: Virgo ejusque Sorores, Placilla, Marina & Arcadia,

S. Simeon Stylita, qui primus super columnam vixit 461.

S. Maximus Episc: Taurin: 466. S. Genoveta Virgo 468. S. Daniel Stylita 489. S. Patricius Episc. 491. S. Epiphanius Episc. Ticin. 496.

Sæcul. VI. à 500 ad 600.

S. Galla Vidua 504. S. Avitus Ep. 516. S. Brigitta Scota V. 523. S. Maria Ægyptiaca

525

525. S. Fulgentius Ep. Ruſp. S. Remigius Ep. Remens. 533. S. Severinus Ep. Septempedan. 539. S. Cæſarius Arelat. 542.

S. Benedictus Monach. in Occidente Pater 547. S. Victorinus 547. S. Barſanuphius 548. S. Clotildis Reg. 548. S. Germanus Ep. Par. 559 S. Maurus Abbas 562. S. Medardus 564. S. Radegundis Regina 509. S. Hoſpitius Nicienſis 595. S. Guntranus R. 598. S. Simeon Stylita junior qui 68. annos ſuper columnam vixiſſe traditur.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

S. Euſtaſius Ep. 602. S. Auguſtinus Anglorum Apoſt. Ep. 604.

S. Joannes Eleemoſyn. Ep. 616. S. Gallus Abbas 618. S. Rupertus I. Ep. Salisburg. 623. S. Meillitus Ep. Cantuar. 624.

S. Iſidorus Hiſpal. Ep. 635 S. Emmeranus Epiſ. M. 661. S. Sigebertus Rex Auſtraſiæ 663. S. Gertrudis V. 664. S. Eligius Ep. 665. S. Ildephonſus Epiſc. 666 S. Audomarus Epiſ. 695. S. Claudius Epiſ. 696.

S. Fiacrius Scotorum Regis Eugenij IV. filius, qui oblatum ſibi à popularibus regnum recuſavit.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

S. Irmina Dagoberti M. filia 701

S. Bonitus Ep. 704. S. Wilfridus Ep. 709.

S. Winocus Abbas 717. S. Swibertus Ep. 718. S. Germanus Epis. C P. 729.

S. Richardus Anglorum Rex, Pater SS. Willibaldi & Winibaldi, & S. Walburgæ V. Consanguineus S. Bonifacij.

S. Joannes Damascenus 731. Venerabilis Beda 735.

S. Wiro Scotus Epis. 750. florebat circa hunc annum.

S. Hubertus Epis. 754. S. Anthusa filia Constant: Copron: 572. S. Burchardus Ep. Herbipol: 791.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

S. Ludgerus Ep. 809. S. Plato Ab: 812. S. Benedictus Ab: Arianensis 821. S. Nicephorus Patriarch. C. P. 818. S. Fridericus Ep. Trajectensis M. 838. S. Anscharius Ep. 865. S. Ebba postquam se cum sociis Monasterii Virginibus ad tutelam virginitatis dena sâsset, sanctissimè obijt.

S. Eadmundus Rex Angliæ passus horrenda: & S. Ignatius Patriarcha C. P. 870. S. Rembertus Epis. 888.

S. Theoctiste Virgo planè mirabilis, de qua Card. Baronius 902.

Sæcul. X. à 900 ad 1000.

S. Odo Cluniacensis Abb: 941.

S. Æditha uxor Othonis, Germaniæ Regis 947. S. Odo Cantuar. Ep. 958. S. Ger-

Gerardus Abbas 958. S. Bruno Episc. Colon. 967.

S. Udalricus Ep. Augustanus 972.

S. Mathildis V. 973. S. Nilus Calaber Ab. 976. S. Dunstanus Episc. Cantuari. 989.

S. Osvvaldus Episc. Eboracens. 992. S. Majolus Cluniac: Abbas 993. S. Nicon cognomento Metanite: sive *Pœnitentiam agite* 998.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

S. Heribertus Epis. Colon. 1021.

S. Henricus Imperat. maritus S. Cunegundæ Virginis Virgo 1024.

S. Romualdus Abbas 1027. S. Emericus fil. S. Stephani R. Hung. 1030. S. Dominicus Ab 1031. S. Stephanus R. Hungariæ 1038

S. Dominicus Loricatus 1050. quem aliqui cum Abbate confundunt.

S. Eduardus Rex Angliæ maritus & Virgo 1066. S. Petrus Damiani Cardinalis 1072

S. Joannes Gualbertus 1073. S. Anselmus Episc. Lucensis 1086. S. Arnulphus Episc. Sueffionensis 1087.

S. Margarita R. Scotiæ 1097. mater pauperum

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

S. Bruno Carthus: 1101. S. Anselmus Ep. Cantuar. & Hugo Abbas Cluniac. 1109. S.

Godefridus Comes 1026. S. Hugo Episc. Gratianopolitanus 1132. S. Norbertus Episc. 1134.

S. Malachias Episc. 1148. S. Hildegardis V. 1148. Isidorus Agricola. 1150.

S. Bernardus Abbas 1153. S. Guilhelmus Aquitan. 1156.

S. Elisabetha à Schonaugia V. 1156. S. Homobonus 1199.

S. Hugo Epis. Lincolnienſis 1200. cujus corpus lacte candidius, & pellucidius vitro post mortem visum. *Raynald.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

S. Dominicus 1221. S. Franciscus Assisias 1226. S. Elisabetha Hungara 1230. S. Antonius Patavinus 1231 S. Hedvvigis Polon. 1243. S. Ludgardis V. 1246. S. Clara V. & B. Rosa Viterbien. 1252. S. Petrus de Nolasco 1256. S. Hiacynthus 1257. S. Ludovicus Rex Galliæ 1270.

SS. Thomas Aquinas & Bonaventura Cardin. 1274. S. Raimundus de Pennaforte 1275. S. Philippus Benitius 1285. S. Albertus Carmelita 1292. B. Margarita Cortonenſis 1297. S. Ludovicus Episc. Tolosanus 1298: quem sequenti sæculo inter sanctos relatum, mater Maria Siciliæ Regina venerata est. 1319. *Raynald.*

Sæcul XIV a 1300 ad 1400.

S. Ivo Causidicus 1203. S. Nicolaus de Tolent.

Tolent. 1306. B. Angela Fulgin. 1309. B. Agnes Politiana 1317.

S. Eleazarus comes maritus & Virgo 1323

S. Rochus 1327. S. Elisabetha Lusitaniæ Reg. 1336. B. Petrus Thomas Ep. 1366

B. Joannes Columbinus 1367.

S. Andreas Corsinus Ep: S. Brigitta Succa vidua 1373.

S. Catharina Senensis V. 1380. S. Margarita vid. 1390.

Secul. XV. à 1400. ad 1500.

S. Liduvina V. 1433. B. Angelina V. 1435. B. Petrus Regalatus 1436.

S. Franciſca Romana 1440. B. Nicolaus Albergatus Cardln. 1443. S. Bernardinus Senensis 1444. B. Colleta 1447. S. Laurentius Justinianus 1455. S. Joannes de Capistrano 1456. S. Antonius Ep^a 1459. S. Didacus Complut. 1463. B. Catharina Bonon. 1463 B. Amedeus Dux Sabaudiæ III. 1471. B. Joannes à S. Facundo 1479.

S. Casimirus R. Poloniæ filius 1489. qui scripsit Hymnum pijssimum in Laudem Beatissimæ Virginis Mariæ.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600

S. Franciscus Paulanus 1507. B. Francis. Solanus 1510. S. Cajetanus 1545. S. Joannes Dei 1549.

S. Fran

S. Franciscus Xaverius Indiarum Apost. 1552. S. Thomas de Villanova Ep. 1555.

S. Ignatius de Loyola fundator Societatis Jesu 1556. S. Petrus de Alcantara 1562. B. Stanislaus Kostka 1568. S. Franciscus Borgia 1572. S. Ludovicus Bertrandus 1581 S. Teresia V. 1582. S. Carolus Borromæus Cardinal. 1584. B. Felix Capuccinus 1585. B. Aloysius Gonzaga 1590. S. Paschalis Baylon. 1592.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

S. Turibius Ep. Limanus in Peruvia 1606 S. Maria Magdalena Pactia V. Carmel. 1607. B. Andreas Avellinus Theatin. 1608 S. Rosa de S. Maria Tertij Ordinis S. Dominici, prima è novo terrarum orbe in album sanctorum relata 1617.

S. Franciscus Salesius Episc. Genevensis 1622.

SERIES OCTAVA

Propagatio Fidei & Bella Sacra ab anno Christi 1. usque ad 1698.

Saculum I. a 1 ad 100.

APostoli per orbem terrarum dispersi fidem docuerunt. Petrus & Paulus Romam.

Romam. Jacobus Zebed. Hiſpaniam, uti traditur. Joannes Aſiam minorem, Andreas Scythiam & Achajam. Philippus Aſiam ſuperiorem. Thomas Parthos & Indiam. Bartholomæus Armeniam Albaniam & citeriorem Indiam. Matthæus & Matthias Æthiopiam. Simon Meſopotamiam & Perſidem. Judas Thadæus Arabiam & Idumæam. Paulus Ethnicos varios. Joſeph ab Arimathæa Britannos, ut fertur.

SS. Lazarus, Maximius Martialis, Creſcentius, Saturninus, Trophimus, primi apud Gallos Chriſtianæ fidei præcones.

Seculum II. à 100. ad 200.

S. Barſimæus Ep. Edeſſæ & in Syra Chriſto plurimos lucratur.

Chriſtianam fidem amplectuntur Rheti per Lucium & Emeritum, ibidem Martyres.

Nervij & Morini per S. Fuſcianum & alios

Anglia cum Lucio primo Regum omnium Chriſtiano per Ariſtobulum Fugatium, & Damianum. Celtæ, Sequani, Allobroges per S. Irenæum & alios Chriſtianis adduntur Pantænus Philoſ. à Demetrio Alexand. ad Indos miſſus eos Chriſto adducit.

Donaldus Scot. R. à Victore I. R. P. Præcones fidei Chriſtianæ petit & accipit.

Secul III. à 200. ad 300.

Gallia fere univerſa ſub Severo fit Chriſtiana.

Ori-

Origines in Arabiam ab Alexandrino Patriarcha missus eam cum Principe Christi imperio adjungit.

Sæculo nondum inclinante ad omnes fere cogniti orbis regiones Christianam Religionem jam perveniſſe teſtantur. Tertullianus & alij.

Ex Barbarorum incurſionibus, quæ populum Romanum exagitârunt, factum eſt, Deo bonum è malis eliciente, ut plures ex illis ſpectatâ Chriſtianorum virtute eorum religionem amplectantur. *Baron.*

Sæcul. IV. à 400. ad 500.

Aurea Chriſti imago in Romano ſenatu erecta 312.

Frumentius Indis Orientalibus Chriſti fidem miraculis perſuadet.

Magna Rom. Imperij pars cum Conſtantino Imperatore Chriſtum Regem Regum adorat.

Longobardi ſub Agelmundo R. Hunni per Theotymum Scytham. Beſſæ Hæmi montis incolæ. Iberi cum Bacurio R. per Chriſtianâ ancillâ Chriſti ſacra ſuſcipiunt.

Sæcul. V. à 400 ad 500.

Burgundiones cum R. Gundiſilo à S. Domitiano Ep. Genevenſi, Galli cum Clodoväeo plenius, Scoti è S. Palladio iterum, Hiberni à S. Patritio ad fidem adducuntur

Ter-

Tervanus Pictos, S. Servanus Orchades insulas Christo lucratur.

Persæ cum Isdegerde Rege. Æthiopes cum Abrahamo Rege, & Abba fratre, Saraceni cum Alamundo ad fidem accedunt, & Vindelici, Norici, Rugi per S. Severinum.

Sæcul. VI. â 500. ad 600.

Alamundurus Saracenorum Princeps cum suis: Boii sive Bavari per Rupertum Blemyes, agente Justiniano, Christo dant manus.

S. Columbanus Pictos subijcit Christo.

Ss. Leander & Fulgentius Hispaniam cum Receredo Rege Catholicæ Religioni restituunt.

Arium detestantur Longobardi cum Adulpho & Theodolinda RR.

Sardi Barbaricini auspiciis Magni Gregorii, & Angli per S. Augustinum, ab eodem missum Christianis aggregantur.

Sæcul VII. â 600. ad 700.

Heraclius in Oriente, Sisebutus in Hispania, Dagobertus in Francia Judæos omnes baptizari jubent aut exulare.

Persarum Regina cum marito suo Constantinopoli baptismo lustratur.

Olopnemius è Judæa profectus Sinis Christum annunciat 663. *Kircherus ex vetustis monumentis illius gentis.*

Flan-

Flandria per S. Eligium, Herbipolis & Francia Orientalis per S. Kilianum, Angli Orientales cum Sigeberto Rege per S. Mellitum, Germani, Batavi, Frisones, Saxones per Ss. Suvibertum & Wilfranum Christo nomen dare incipiunt.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

S. Wiro Belgis, S. Willibrordus Frisiis, aliisque in utraque Germania Evangelii lumen important.

S. Ludgerus Saxones, S. Corbinianus Alemannos ad Christum adducunt.

Avares cum Rege Trudone ad Christum adjuncti.

Brabanti per S. Humbertum, Thuringii Frisii, Hassi, aliique Germaniæ populi per S. Bonifacium Christi religionem suscipiunt

Religio in Oriente tollere oculos visa est, Irene sacra fovente, post obitum Leonis IV. Porphyrogeniti.

Secul. VIII à 800 ad 900.

Harioltus Danorum Rex, cum pluribus è suis baptismo lustratur 826. & Bogoris Bulgarorum Princeps 845.

Sclavi Dalmatiæ incolæ cum sueropilo R. ad Christum adjuncti.

Ss. Anscharius & Rembertus Suecos, S. Radbodus Frisios Christo lucrantur.

Basilius Macedo per egregiæ sanctitatis Episcopum Prussos ad Christum traducit.

Gode-

Godefredus Nortmannus cum tota sua gente fit Christianus sub Carolo Grasso.

Saculum X. à 900. ad 1000.

Heraclitus Rex Danorum baptismo expiatus totum Regnum ad fidem pellicit.

Vandali sub Joanne XIII. Christũ adorant.

Liberius Moschoviæ, Mieslaus Poloniæ, Vildomirus Prussiæ, Zipitinæus Bohemiæ Duces cum suis Christo aggreganturꝰ

In Dania & Norvegia fides penè extincta revivisit.

Hungaria per S. Stephanum Regem, & Russia per S. Bonifacium pleniùs ad Christianam religionem adducuntur.

Sæc: XI. à 1000. ad 1100.

S. Bruno Ruthenos ad viam salutis revocat.

Pomerania per S. Othonem Bambergensem Epis: in Christifidem concedit.

Reparatur apud Hungaros fides per Andream Regem.

Vindi, Sclavi & Saxones pleniùs & contantiùs Christo adhærent.

Sacra expeditio ab Urbano II. indicta 1096, in qua Gothofredo Bullionio Duce capta est Hierosolyma 1099.

Sacul. XII. à 1100. ad 1200.

S. Vicelinus Vandalos & Sclavos ad Christum convertit 1141.

Sultanus Iconij ab Alexandro III. fidei formulam petit & accipit.

Gothia cum suo Rege, & Pomerania plenius Christo adhærent.

Finlandia per S. Henricum Epis: & M. aggregatur Ecclesiæ.

S Menardus Livoniam cum Gobba Rege ad Christum adducit.

Sæc: XIII. à 1200 ad 1300.

Dominicani & Franciscani barbaras Tartarorum mentes mitigare satagunt.

Bella Sacra varia per S. Ludovicum Galliæ Regem & alios.

Judæorum ex Gallia expulsio primùm 1253. tum 1295.

Prussi & Jazyges Christo subijciuntur

Dominicani in Armenia uberes ex verbi divini semente fructus efferunt.

Nicolaus Sabellus Ep. Albanensis, postea Honorius IV. Norvegiæ Apostolus.

B. Odericus & Socij è familia S. Francisci Catajj & Thebeti regnis primi Christum annunciant.

Sæcul. XIV. à 1300 ad 1400.

Bosnia cum Principe Stephano ad fidem adducitur.

Benedictus XII. missis divini verbi præconibus rem Christianam inter Tartaros promovet.

Guma-

Gumani, Betzenenſes, Lipnenſes, Patrini & vicini adnitente Ludovico Hungaro ad Chriſtum perducuntur.

Jagello Lithuaniæ Princeps Chriſtianis ſacris initiatus, dictusque Vindislaus Lithuaniam & Samogitiam ſubijcit Chriſto.

Sæcul. XV. â 1400. ad 1500.

Res Chriſtiana in Epiro refloreſcit, muniente Caſtrioto.

Calliſtus III. & Pius II. Turcis bellum illaturi, nihil nec divinæ, nec humanæ opis prætermittunt.

S. Didacus Complutenſis Evangelium apud Conarienſes propagat.

Guinenſes, Angolani, Congenſes in Africa. Chriſtiana Sacra complectuntur.

Familiarum Judaicarum 24. millia ex Hiſpania pulſa.

Sæc. XVI. â 1500. ad 1600.

Orientalis & Occidentalis India, ac Manicongo in Africa per variorum Ordinum Religioſos Chriſti fidem ſuſcipiunt.

Japoniæ & ſex aliis Regionibus per S. Franciſcum Xaverium lux Evangelica affulget.

S. Ludovici Bertrandi eximia Charitas in lucrandis Chriſto Americæ populis enituit.

Bellum contra Turcas feliciter geſtum à fœderatis Chriſtianis, B. Pio V. impellente.

Penetrat Christi fides ad Sinas per PP. Societatis Jesu 1582. Stabilitur à P. Matthæo Riccio Maceratensi 1583.

Sæc. XVII à 1600. ad 1698.

Augustiniani & Carmelitæ in Persida, Capuccini, & Jesuitæ in nova Francia, Evangelium propagant.

PP. Theatini apud Georgianos fidem Christianam amplificant, ab an. 1928. Dominicani egregiam operam in Sinis Christo conciliandis navant.

Jesuitæ in Asia Thibeti & Laorum regnis Christum annunciant.

Ferdinandus II. & Maximilianus Bavarus in Germania, Ludovicus XIII. & XIV. in Gallia Catholicam fidem restituunt.

Marianis Insulis à PP. Societatis Jesu Christi fides infertur.

SERIES NONA

Ritus Sacri inducti vel antiquati ab anno Christi 1. ad 1698.

Saculum I. à 1 ab 100.

CHristiani nomen Antiochiæ natum.

Institutio diei Dominicæ, & Festorũ Nativitatis Christi, Epiphaniæ Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes.

Jeju-

Jejunium quatuor temporum & quadragenarium.

Usus aquæ benedictæ & signi Crucis.

Cantus Ecclesiæ cum duplici Choro.

Horarum Canonicarum distinctio.

Lampades & Sacra lumina.

Stationes in arenariis ad preces.

Diaconissæ. Diptycha Sacra.

Agapæ triplices.

De Mitra Episcopali nil certi fixique traditur. *C. Bona.*

Sæculum II. à 100. ad 200.

Alexander I. usum aquæ lustralis amplificat.

S. Sixtus I. Sacra vasa ab aliis quam Ecclesiæ ministris tangi vetat.

Telesphorus quadragenarii jejunii morem, ab Apostolis inductum lege sancit: Proparentes in Sacro baptismate instituit. *Genebrard.*

S. Soter P. jubet à Sacerdote nuptias consecrari.

Epistolæ inter Catholicos formatæ, seu Patentes, Encyclicæ, Decretales, Pastorales, Synodicæ, Dimissoriæ, memoriales, Confessoriæ inductæ.

Tres Missæ in die Domini Natali.

Sæculum III. à 200. ad 300.

S. Zepherinus S. Eucharistiæ sumptionem circa ferias Paschatis imperat.

Callisthus I. Confirmat jejunium, quod in anno quater ex Apostolorum traditione servatur. Ritus sepeliendi Martyres cum colobio.

Cæmeteria sive areæ consecratæ ubi fideles sepelirentur.

Decio Imperante Litaniarum usus in Orientis Ecclesia frequentatur. *Geneb.*

Templa dedicandi ritus à felice I.

Racemorum ac fructuum, jussu Æutychiani, benedictio usurpatur.

Eulogæ sive Panes benedictione sacrati, & in fine missæ distribui cæpti.

Sæcul. IV. à 400. ad 500.

Usus Corporalium ex solo lino à S. Sylvestro imperatus.

Hymnus Glorificationis.

Limites Diœcesibus constituti in Nicæna sinodo.

Rosarij rudimentum quoddam à Paulo Anachoreta, preces per lapillos numerante *Zozomen. lib. 6. c. 29.*

Congregationes ad corpora sepelienda.

Pallium Episcopale sub Marco I.

Alleluja cantari cæptum in Ecclesia.

Agapæ fere proscriptæ.

Interstitia ad Sacros Ordines à Syricio inducta.

Pœnitentiarij munus, ad quem pertinebat

bat publicè pœnitentibus pœnas imponere à Nectario C. P. sublatum 390.

Sæcul. V. â 400 ad 500.

Paraboli juvandis peste contactis.

Primus inter SS. Confessores colitur S. Martinus.

Nocturnæ vigiliæ ad sepulchra Martyrum sublatæ, & retenta jejunia.

Damnato Nestorio additum Angelicæ Salutationi, S. *Maria mater Dei ora &c.*

Cerei Paschalis benedictio in singulis Paræciis concessa. Agni cerei consecrari cæperunt.

Additum fidei Symbolo *Filioque* in concilio Hispan: jussu S. Leonis celebrato 447.

Triduum Rogationum inductum à S. Mamerco Vienn: Epis:

Trisagium in missa cani cæptum.

Evangelio assurgere jubet Anastasius.

Sæcul. VI. à 500. ad 900.

Beneficiorum origo sub Symmacho, cum antea Clerici stipem acceperent.

Eucharistia in medio altaris servari cæpta.

Quadragesima S. Martini, unde ritus jejunij per adventum.

Festum Purificationis B. M. V. 545.

Privata canonicarum horarum recitatio absentibus à Choro indicitur à Pelagio I.

Core-

Corepiscopi aboliti 572.

S. Gregorius tempora & templa sacris stationibus assignat.

Idem inducit aspersionem sacrorum cinerum in capite solennis jejunij.

Ab eodem alia plurima in S. Liturgia addita, quæ *Genebrardus* recenset.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Usus Campanarum in Ecclesia per Sabinianum Pontif.

Pantheon B. V. & omnibus SS. dicatum à Bonifacio IV. 608.

Bonifacius V. in templis arisque Asyla reis aperit. Festum S. Crucis illustrius post Heraclij de Cosroë victoriam.

Cerei consecrati in die Virginis Purificatæ. Organa & alia instrumenta Musica à Vitaliano P. primùm in templis adhibita.

Osculum pacis ab Agathone in missâ inductum. Rosæ aureæ per Pontificem consecratio ex Ordine Romano hìc statuenda videtur *Videri potest Cartharius in erudito hac de re libello.*

Sæcul. VIII à 700 ad 800.

Magistri cantorum. Panis & vini oblatio pro missa celebrandâ.

Gregorius II. jejunium in Sabbatis quadragesimæ antea vetitum servari jubet.

Gal-

Gallia Rom. Liturgiam Pipino & Carolo Magno adnitentibus amplectitur.

Licebat adhuc sub Carolo Magno cuilibet Sacerdoti plures in die missas celebrare. *Card. Bona Liturg.*

Consuetudo indiscretè distribuendi divinam Eucharistiam pueris sacro adstantibus aboletur. *Card. Bona.*

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Leone III. Sedente locus honoratior est habita dextra locandis sacris imaginibus, sed mox iterum sinistra.

Falsò adscribitur Eugenio II. examen per frigidam. *Papenbroch.*

Prosæ Ecclesiasticæ sub sacrum canendæ 840.

Festum omnium SS. à Gregorio IV.

Palmæ benedictæ à Joanne VIII. ad Carolum Calvum missæ, victoriæ signum 877.

Idem pugnante Moravorum Apostolo Methodio Sclavonicæ linguæ usum in sacris permittit 880.

Sæcul. X. á 900. ad 1000.

Campanæ primùm benedictæ & certo sacro nomine donatæ à Joanne XIII.

Diaconissarum ministeriũ incipit aboleri.

Sodalitium pro defunctis piè Romæ coaluit id 984.

Joannes XV. in Synodo Lateranensi S.

Udal-

Udalricum Epiſc: Auguſtanum ſanctis adſcribit, ritu antea non uſitato.

Statuitur ut Sacer miſſæ Canon ſubmiſſâ voce recitetur. *Bona.*

Triduanum Jejunium annuum ante quadrageſimam apud Caſinates, à quibus in cæteros derivatum.

Secul. XI. à 1000. ad 1100.

Symbolum primò cantari cæptum Romæ poſt Evangelium, poſtulante S. Henrico Imperatore 1024.

Uſus & nomen diſciplinæ, ſeu voluntariæ verberationis innoteſcunt.

Coñemoratio omniũ fideliũ defunctorũ.

Addictum Deiparæ Sabbatũ 1095.

Ejuſdem officium inſtitutum.

Petrus Anachoreta, belli ſacri tuba, ſacras preces per globulos numerat.

Militum, quos ad 3. Bellum Urbanus II. accenderat, inſigne Crux purpurea humero aſſuta, ex quo Cruciatæ nomen factum.

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Innocentius II. in Concilio Piſano S. Hugonem Epiſc. Gratianopolitanum aris admoturus Solenniores ritus primus adhibet. *Bollandus.*

Aggregationes ad Religioſorum Ordinum merita uſurpari cæptæ.

Con-

Conceptio B. M. Virginis primò celebratur in Ecclesia Lugdunensi 1136. sine publica tamen Romanæ Sedis auctoritate, Ritus duplicis, Semi duplicis &c. In horis Canonicis circa finem hujus sæculi vel initium sequentis inductus videtur.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Pulsatio campanæ in sacræ hostiæ elevatione, & salutatione Angelica.

Rosarium Deiparæ nobilissimum S. Dominici inventum, ab eo & asseclis propagatur.

Scapulare Marianum datur ab ipsamet Augustissima V. Maria B. Simoni de Stock Carmelitæ 1261.

Festum SS. Sacramenti & officium, egregium D. Thomæ Aquinatis opus 1264.

Magisterium S. Palatij ab Honorio III. institutum: Initium confraternitatum Pœnitentium 1270.

Nicolao IV. Sedente denuo sacrarum imaginum locus nobilior dextera.

Jubilæi celebratio ritu solenniori singulis 100. annis renovata 1300.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Christianissimo Regi data facultas Eucharistiæ sub utraque specie sumendæ.

Deiparâ jubente Scapulare Marianum Joannes XXII. sua auctoritate munit 1316.

Solen-

Solennes supplicationes in festo Corporis Christi.

Jubilæi contracta celebratio in singulos 50. annos per Clementem VI. Et in singulos 30: per Urbanum VI.

Festum SS. Trinitatis 1334.

Angelicæ salutationis recitandæ initio concionis morem S. Vincentius Ferrerius primus inducit. Id tamen aliqui D. Dominico attribuunt.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Annatæ, ut ajunt, Sacerdotiorum omnium à Bonifacio IX, Indictæ 10. Pont. anno.

Festum transfigurationis Christi Domini à Callisto III.

Nomen Jesu ab imagine ejusdem sejunctum primò productum à D. Bernardo Senensi. Jubilæi ad annum 25. reductio per Paulum II. & Sixtum IV.

Festum Præsentationis Deiparæ in occidente cæptum 1475.

Inquisitio Hispanica instituta 1492.

Mos pius salutationis Angelicæ in meridiem repetendæ instauratur 1500.

Sæcul. XVI. à 1500 ad 1600.

Pragmatica Sanctio Gallorum cum concordatis mutatur 1516

Festum S. Josephi.

Sodalitates piæ ad cultum Deiparæ inductæ à Joanne Leonis Soc: Jesu 1560.

Festum

Festum S. Mariæ de victoria sive Rosarij 1573.

Triduanæ per horas 40. preces in eunte quadragenario jejunio Maceratæ initium habent.

Usus consecrandi sacra sigilla Pontificiâ benedictione.

Lunæ dies apud PP. Theatinos, ut olim, juvandis per preces piaculares animis defunctorum destinatur 1592. *Sic Historia Theatina.*

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Perpetua quadragenarum horarum supplicatio Romæ in singulis deinceps templis à Clemente VIII. instituta.

Festum & Officium S. Angeli Custodis.

Romæ menstruus populi ad S. Synaxin concursus sub Paulo V.

Demandatam à Clemente VIII. agnos Dei cereos conficiendi Provinciam Patribus Fulvensibus, Paulus V, dato diplomate confirmat 1608.

Arabicæ linguæ usus in sacris ab Urbano VIII. Carmelitis apud Persas agentibus concessus 1624.

Pius usus precum pro felici morte impetranda per Vincentium Caraffam Soc. Jesu Præpositum Generalem 1648.

SERIES DECIMA.

Sacer Cælibatus, & Ordines Religiosi ab anno Christi 1. ad 1698.

Saculum I. â 1. ad 100.

D. Joannes Baptista ab eremo ad Jordanis ripas veritatis & pœnitentiæ præco, vitæ monasticæ & religiosæ antesignanus. *Ex Epist. D. Hieronymi ad Eustoch.*

Cænobitarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium. *Cass. Collat. 18 c. 5.*

Esseni sive Jessæi Alexandriæ, ut quibusdam videtur, Religiosi.

S. Dionysius Areopagita Monasticæ professionis meminit. *C. 6. Eccles. Hier:*

Qui Crucigerorum Ordinem à S. Cleto Rom. Pont. institutum affirmant, aliquibus non videntur audiendi.

Sacul. II. â 100. ad 200.

Plerique, vel pleræque, sexaginta & septuaginta annos nati, qui à pueritia se in Christi disciplinam tradiderunt incorrupti permanent. *S. Iustin. in Apost.*

Invenias multos ex nostris, & viros & fœminas, qui in cælibatu consenescunt, quòd

quòd Deo conjunctiores sefuturos sperent. *Athenagoras in Apol.*

Ritus in sacris virginibus velandis & consecrandis decreti à Pio I.

S. Narcissus Hierosolym: Ep. Anachoreticam vitam degit 199 sæculo II. apud Monachos Camungenses.

Saculum III. â 200. ad 300.

Ante omnia Sacerdos qui divinis assistit altaribus castitate debet accingi, *Ita Orìgines hom. 4. in Levit.*

S. Cyprianus scribit librum de disciplina Virginum,

Paulus Anachoretarum Princeps in solitudinem secedit 253.

S. Dionysius ex Monacho Rom: Pontifex 261. docet jam tum Monachos sacris honoribus donari consuevisse.

S. Hippolitus Martyr Monachorum meminit. *In Orat. de consummatione mundi.*

Florent apud Scotos Culdæi vitæ Sanctimoniâ celebres Ascetæ seu Monachi *Ita Leslæus Buchanan:*

Saculum IV â 300. ad 400.

In Armenia, Scythia, Nitria & utraque Thebaide à S. Antonio monasteria condita sunt. S. Pachomius in Ægypto, S. Hilarius in Palæstina, SS. Basilius & Athanasius in Græcia Cænobia aperuêre.

In Etruſci maris inſulis, Mediolani, Vercellis, Turone floruiſſe monaſteria docent SS. Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Antonius, Severus, ſulpitius.

Tria erant hoc ævo Monachorum genera, Anachoretæ, Cænobitæ, Remaboth bini vel terni ſine Præſide viventes.

Manuum labore vitam omnẽ tolerabant.

Pueri in S. Baſilij Monaſterijs educebãtur.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

S. Auguſtinus in Africa religioſas utriuſque ſexûs familias inſtituit.

Joannes Caſſianus Monachorum inſtitutor.

Abbatia Lerinenſis à S. Honorato & ſociis coſi cæpta.

S. Alexander, parens Acemetarum, qui Conſtantinopoli à celebri monaſterio *Studio*, dicti *Studitæ*.

Canonici Regulares à Gelaſio I, quo duce in Italiam venerant, Lateranenſi Monaſterio donantur, & ab eo nomen trahunt.

Monachi, qui ad Sacerdotia & honores aſſumebantur, inſtituti ſui leges & veſtes retinere conſueverant.

Sæcul. VI. à 500 ad 600.

S. Benedictus Ordini ſuo dat initium, 520. pueros in Monaſterijs educandos admittit

mittit, ijque oblati à parentibus, monasticæ vitæ jugum subiêrunt.

Datas Monachis leges à SS. Cæsario, & Aureliano Arelatensibus EE. à SS. Ferreolo, & Columbano Abbatibus in Gallia, à SS. Isidoro & Fructuoso in Hispania, collegit Holstenius.

S. Gregorius Magnus Mauritio Augusto, quòd latâ lege vetuisset, quenquam, nisi bello inutilem, fieri monachum, acriter restitit 595.

Sæcul. VII. â 600. ad 700.

S. Columbanus Scotus Bobiense monasterium in Italia condit 609.

S. Enemundus Ep: Lugdunensis moniales S. Petri instituit.

S. Sigebertus Austrasiæ Rex, duodecim Monasteriis extructis, monachum induit.

S. Josseus Regis Britonum filius fit Anachoreta in agro Pontium. 651.

S. Fiacrius Scotus Regis filius Anachoreta in Gallia.

Bamba Hispaniæ Rex bellicis operibus inclytus, monasticâ vitâ amplectitur 680.

Inclinante sæculo concedi cæperunt à Romanis Pontificibus aliquæ Monasterijs immunitates.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Petronax Abb: Casinense Monasterium instaurandum suscipit 720.

Ethelredus Merciorum 704, Chenredus item Merciorum, & Offa Saxonum Orientali: in Anglia Reges 715. Cleofulus, & Egbertus, Northumbriæ Reges: Paulò post Carolomannus Caroli Metelli primogenitus, ad Monachos tranſeunt.

Monachi ad Infulas & graviſſima Eccleſiæ negotia frequenter aſſumebantur.

Fœminis non patebat aditus ad templa Monachorum.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Poſt viſam decuſſatam in cœlo crucem Scoti & Picti Anglos memorabili prælio cædunt. Inde initium cœpit ſingularis apud Scotos S. Andreæ cultus, militari per Achajum Regem Ordine inſtituto. *Leſlæum & Buchanan.*

Lotharius I. Imperator Monachus factus in Monaſterio Prumienſi 855.

Puerorum per parentes in monaſteriis oblatio, diſplicere cæpit & aboleri.

Monaſteria Clericis, imò & Laicis à Ludovico Pio Imper: primò commendata.

Hoc ſæculo primùm Monachis data facultas Sacramentales criminum confeſſiones excipiendi. *Scheleſtrat:* in Antioch. Concil: fusè & eruditè.

Sæcul. X. a 900 ad 1000.

Berno primò, mox S. Odo Ordini Cluniá-

niacensi dat initium 963. Cœnobium fundatur 910.

Fortunius Navarræ 905, Alphonsus Legionis 931, Constantinus III. Scotiæ 921, Hugo Italiæ Rex 945, Venetorum Duces Ursus 932, Petrus Urseolus 978. Vitalis Candianus 979, Memmus eorundem tribunus 991, Monasticam vitam amplexi sunt.

Monachi plerumque adhuc Episcopis ex jure communi parebant.

D. Benedicti regula in omnibus fere Occidentis Monasteriis dominabatur.

Secul. XI. à 1000 ad 1100.

Ordo Canonicorum Regularium instauratus, à B. Petro de honestis 1015.

Camaldulensis Ordo per B. Romualdum instituitur 1022. Vallis Umbrosæ per S. Joannem Gualbertum 1030.

Gradimontensis per S. Stephanum de Tierno 1076.

Carthusianus per S. Brunonem 1086.

Antonianus per Gastonum 1096.

Cisterciensis per Robertum Abbatem Molmensem 1098. Fontis Ebraldi per Robertum de Arbisselio 1100.

Michaël Stratioticus 1058, Isaacius 2. Comnenus Orient. Cæsar, 1059. Monachi.

Sæculis 11. & 12. immunitates Monasteriis liberaliter indultæ.

Sæc.

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Præmonstratenses instituuntur à S. Norberto 1116. Milites Templarii 1118. extincti à Clemente V. 1312. Hospitalarii S. Joannis Hierosolymit: nunc Melitenses 1129. Guilielmitæ seu montis Virginis 1124. Equites Calatravæ 1158. Humiliati 1170. extincti à B. Pio V. Equites S. Jacobi 1170. Equites Alcantaræ 1176. Teutonici Mariani 1190. Florensis Ordo 1196. Ordo Trinitariorum & Sacerdotum Hospital: 1198.

Sæc: XIII à 1200. ad 1300.

Equites Cruciferi in Livonia 1205. Dominicani 1206. Franciscani 1209. Eremitæ S. Pauli in Hungaria 1215. Ordo S. Mariæ de Mercede captivorum 1218.

Moniales S. Claræ 1223. Ordo Vallis Scholarium 1215. Servitæ 1216. sive 1233. militia Montesia 1233. Equites glorioſæ V. Mariæ 1223.

Eremitæ S. Augustini in unum coacti 1242. Silvestrini 1269.

Cælestini per S. Petrum Morenum instituti 1274. Carmelitæ nova veste donantur ab Honorio IV. 1286

Hoc primùm Sæculo Romani Pontifices jubent Religiosa instituta Apostolica auctoritate sanciri & approbari.

Sæc.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Joannes Rex Armeniæ Minoribus 1310, Humbertus II. Delphinus Viennæ, Dominicanis nomen dedit 1349.

Olivetani per B. Bernardum Ptolemæum instituti 1320.

Milites Jesu Christi in Lusitania 1325.

Ordo Eremitarum S. Pauli in Hungaria confirmatur 1328.

Ordo Periscelidis vulgò *La Gartiera* in Anglia 1344. Ordo fratrum Charitatis B. V. vulgò *Billet*: 1347.

Jesuati à B. Joanne Columbano Senensi 1356. extincti 1669.

Eremitæ S. Hieronymi per B. Petrum Gambacurtam Pisanum 1380.

Secul. XV. à 1400. ad 1500.

Equites Lilij in Navarra 1403. Canonici S. Laurentij Justiniani 1404. sub Clemente IX. extincti.

Congregatio Canonicorum S. Salvatoris 1408.

Fratres Mendicantes S. Hieronymi 1415. extincti 1669.

Ordo S. Benedicti reflorescit in Italia per congregationem S. Justinæ sive Casinensē.

Ordo Annunciatæ in Sabaudia 1420.

Equites velleris aurei 1430. Ambrosiani 1433. S. Mauritij in Sabaudia 1434. S. Michaëlis in Gallia 1469. Mini-

Minimorum Ordo per S. Franciscum Paulanum 1474. Equites S. Gregorij in Carinthia 1493.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Theatini 1524. Capuccini 1525. Clerici Regulares S. Pauli 1538.

Societas Jesu 540. Equites S. Stephani 1562. Congregatio Oratorij Ord. S. Philippi Nerij 1564. Militia S. Lazari renovata & equitibus S. Mauritij conjuncta 1563. Clerici Regulares de Somascha 1568. Ordo fratrum S. Joannis Dei 1572. Equites S. Spiritus 1579.

Carmelitæ excalceati 1580. Fulienses 1586. Clerici Regul: Minor: 1588.

Ordo Ministrantium infirmis 1591.

Eremitani excalceati 1599.

Religiosa professio vetita ante annum 16 completum à Concilio Tridentino, & regularium privilegia imminuta.

Sæc. XVII à 1600. ad 1698.

Pœnitentes III. Ordinis S. Francisci reflorescunt 1600. Clerici doctrinæ christianæ 1603. Novarum Monialium examina.

Equites SS. Sanguinis Christi Mantuę 1608

Congregatio Oratorij Jesu in Gallia 1608

Ordo Scholarum Piarum 1621. Clerici Lucenses Matris Dei 1622.

Pres-

Presbyteri Missionarij 1622.

Clerici in commune viventes resurgunt 1640.

Ordo equitum S. Andreæ in Scotia instauratur à Jacobo II. Magnæ Britanniæ Rege 1687.

SERIES UNDECIMA

Miracula ab anno Christi 1. ad annum 1698.

Sæculum I. à 1. ab 100.

CHristus Dei Filius in terris degens edit innumera divinæ virtutis signa, quorum partem sacri Evangelistæ referunt.

Idem à sectatoribus suis ingentia miracula patranda prænunciat *Ioan. 14. Matt. 16.*

SS. Apostolorum Principes Petrus, & Paulus, alijquè per orbem terrarum Christianam religionem plurimis maximisque miraculis sanciunt.

Miracula aliquot habemus in actis Apostolicis.

Sæculum II. à 100. ad 200.

Quot annis statâ die mare aperitur, ut Christianis cultoribus adire detur D. Clementis sepulchrum sub undis divinitus extructum.

Bello

Bello Marcomanico Romæ copijs ad sitim levandam, in hostes fulmina de cælo precibus evocat Christiana legio, inde fulminatrix dicta.

Floruêre hoc sæculo miraculorum gloriâ SS. Clemens, Faustinus & Jovita alijque innumeri:

Testes habemus Hegesippum apud Eusebium, & Ethnicos, qui crebra prodigia magicis artibus tribuebant.

Seculum III. á 200 ad 300.

S. Gregorius Thaumaturgus precibus, montem transfert. Idemque Lycum exundantem baculo coërcet.

Mulier ausa indignè ad sacram mensam, D. Cypriano operante, accedere, temeritatem subitâ morte luit.

Prodigiis patrandis claruêre SS. Felix Nolanus, Gregorius Thaumaturgus & SS. Agatha, Christina.

à S. Cypriano aliqua hujus sæculi miracula traduntur, sed pleraque ab actis Martyrũ.

Secul. IV. à 400. ad 500.

Crux Constantino Magno è cælo apparet cum inscriptione: *In hoc signo vinces* 312.

Ignis è fundamentis erumpens, & operarios adurens, vetat locari fundamenta templi Judaici, quod Julianus instaurare parabat.

Thau-

Thaumaturgi hujus sæculi fuêre SS. Autonius & Hilarion, Nicolaus Myrensis, & Martinus, Episcopi.

Testantur plura miracula SS Athanasius, Ambrosius, Gregorius Nazianzenus & Theodoretus.

Sæcul. V. â 400 ad 500

Puer Constantinopoli spectante populo discit ab Angelis comprimendum esse terræ motum repetitis his vocibus *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis &c.*

Ampulla sacri Chrismatis de cælo coram populo ad inungendum Clodoveum Francorum R. à columba defertur.

Inclaruêre miraculis SS. Simon Stylita, Patritius, maurilius.

Miracula hoc sæculo patrata scripsêre S. Augustinus & Victor Vitens:

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Piscina Ose in Lusitania naturâ prorsus arida, pridie Paschatis quot annis redundabat aquis, quæ mox lustratis sacro fonte, quotquot ibi Christo nomen dabant, evanescebant.

Episcopi Orthodoxi, post resectas à Vandalis radicitus linguas disertè loquuntur.

Celebres miraculis fuêre SS. Benedictus, Severinus, Leonardus, Medardus.

Plura scripsêre SS. Gregorius Magnus & Gregor: Turonensis, Venantius. Fortunatus.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Heraclitus Imperat: Christi Domini crucem ex hoste receptam nudipes & sacco indutus infert Hierosolymam, cùm auro gemmisque fulgens, cælesti vi repelleretur.

S. Romanus Archiepiscopus draconem agro Rhotomagensi infestum stolâ injectâ in urbē trahit populo spectante cremandū.

SS. Amandi, Theodori, Columbani, Joannis Eleemosynarij & aliorum miracula celebrantur.

Ab Adelmanno & Ioanne Moscho plura hujus Sæculi mira traduntur.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Crucifixi imago Berythi à Judæis perfossa, largo sanguine manavit.

S. Joanni Damasceno manus amputata à Deipara restituitur.

Acta II. Synodi Nicænæ testantur miracula S. Platonis Martyris in captivis juvandis.

SS. Winoeus Ab: & Suibertus Epis: in patrandis miraculis præcipuam gloriam tulêre.

Venerabilis Beda & S. Ludgerus nonnulla hujus sæculi miracula memorant.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

S. Jacobus Apostolus ex equo candido mili-

militans in acie pro Ramiro Legionis R. ab exercitu conspicitur.

Caradignæ in Hispania pavimentum, sub quo 200. Monachi à Saracenis cæsi, an: 848 die 6, Augusti, quo contigit cædes, quot annis sanguineo sudore madet.

Miraculis hoc sæculum illustrârunt SS. Anscharius, Eulogius, Rembertus EE:

Testes miraculorum habemus Rembertum Bavonem EE. cum Thegano.

Sæcul. X. à 900. ad 1000.

Crucem inter media tela præferente S. Udalrico, Otho I. parvâ manu immensas Hungarorum copias delet.

Comes Othonis I, vinculorum S. Petri contactu à Dæmonis molestiis liberatur.

In Synodo Vintonienſi imago Christi pendentis è Cruce ad S. Dunstani preces loquitur, bonis Monachis contra malos Clericos favens.

Imago Christi Domini olim ad Abagarum missa, Constantinopoli translata & applicata similem imprimit effigiem.

SS. Udalricus & Bonifacius EE. SS. Nilus, & Majolus Abb: clarent miraculis.

Multa supra vim naturæ patrata scribunt Reghino, & alij.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Avalonis urbis muri Roberto Gallorum Rege psallente concidunt 1005 S.

S. Stanislaus Cracovienſis Antiſtes equitem Petrum à tribus annis ſepultum, teſtem multis ſpectantibus ad Regis Boleslai tribunal adducit.

Ad S. Guntheri anachoretæ preces pavo affatus avolat è menſa S. Stephani Hungariæ Regis.

Clarent miraculis SS. Romualdus, Stanislaus, & Joannes Gualbertus.

Plura miracula referunt Arnulphus, Comes, Glaber, B. Petrus Damiani, Adam Bremenſis.

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Ingens languentium multitudo paſta panibus, quos S. Bernardus cruce ſignaverat repente convaleſcit, uti ille publicè prænunciârat.

S. Benedictus puer duodennis divino impulſu Rhodanum ad Avenionem ponte conjungit 1177.

Habuit hoc ſæculum egregios mirandorum patratores, SS. Bernardum, Norbertum, Malachiam, Iſidorum, Bennonem.

Scripsêre Petrus Ab: Cluniac Sigebertus Bertholdus Conſtantienſis miracula plura hujus ſæculî.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Innocentius IV. S. Stanislaum Cracovienſem Ep: Sanctis adſcripturus, coram popu-

populo, illius ope imploratâ, mortuum vitæ restituit 1253.

Duo è cælo pueri Friderico Regi Messanensi Antistiti, Clero, & populo in templo supplicibus enunciant in funere S. Alberti Carmelitæ canendum: *Os Iusti &c.*

Miraculis fulgent SS. Dominicus, Franciscus, Antonius Patavinus, Hyacinthus, Albertus.

Scribunt mira de hoc sæculo S. *Bonaventura*, *Iacobus à Vitriaco*, *Thomas Cantiprat.*

Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.

S. Rochus salutari Crucis signo grassantem per Italiæ urbes luem illico fugat.

Cælestis lux diu noctuque superfulgens sacram Eucharistiam in paludem à furibus projectam indicat. Rei tantæ monumentum à Casimiro Rege nobile templum prope Cracoviam erigitur 1347.

SS. Nicolaus Tolent: Ivo & alij, operibus supra vim naturæ patratis, insignes fuêre.

B. *Raymundus Capuanus*, *Ioannes Villanus*, *Ayto Armenus*, *plura memorant miracula.*

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

S. Franciscus Paulanus à nautis rejectus, Siculum fretum strato super fluctibus pallio cum socio transmittit.

Taurini in areâ publicâ hostia Sacro-

sancta è Pyxide sponte resiliens in sublime fertur radijs circumsepta: mox ad preces Episcopi, Cleri & frequentis populi in suppositum calicem descendit 1453.

Grandia patrant miracula SS. Francis. Paulanus, Vincenti: Ferrerius, Joannes de Capistrano. *Scripsere S. Antoninus, Philippus Bergomas & alij.*

Sacul. XVI. à 1500. ad 1600.

Imago Crucifixi lapidum ictibus petita sanguinem emittit circa 1556. *Ex Brentio Lutherano.*

Sylvæ Ducis in Belgio quidam S. Antonij imaginem per contemptum concidentes, sacro igne repentè correpti, postridie moriuntur. *Res fuit oppido nota, & in tabulas publicas relata* 1566.

Innumera sanè & planè maxima, quæ de S. Joanne Dei, Francisco Xaverio, Ludovico Bertrando, Philippo Nerio, Paschale, Baylonio ab historicis fere æqualibus producuntur.

Sæc: XVII à 1600. ad 1698.

Anno 1608. die 15. Maij in templo Lavernensi Burgund. Sacra Eucharistia spacio 30. horarum omnibus circa igne consumptis in aëre perstat: interfuêre spectaculo plurimi testes.

Nea-

Neapoli 1684. è lethali pertracti capitis vulnere Marcellus Mastrilius è Societ. Jesu ope S. Francisci Xaverij repentè convaluit. *Res fuit urbi & Italiæ notissima.*

Ictus qui è sepulchro S. Paschalis audiuntur, totâ Hispaniâ celebrantur.

Imago B. M. Virginis in pago Boötz superioris Hungariæ, die 4. Novembris 1696, & diversis vicibus, inspectantibus plurimis, lacrymas fudit.

Eadem imago ex mandato Augustissimi Imperat: Leopoldi Viennam translata an: 1697. die 7. Julij solennissimâ pompâ publicæ veneration exposita est.

Scribunt Qualterius, Breidenbacchius & alij.

SERIES DUODECIMA.

Schismata, Conteptiones, Abusus ab anno Christi 1. usque ad 1698.

Seculum I. ab an. 1. ad 100.

OBmurmuratio Græcorum adversus Hebræos, cui tollendæ creati sunt septem Diaconi quorum apex S. Stephanus.

Petrus, cùm secum Paulus in concilio Apostolorum disceptavit, non despexit

Pau-

Paulum, quòd Ecclesiæ priùs persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit. *Verba sunt hæc S. Cypriani Epist. 71. ad Quintum.*

S. Petrus cum Simone Mago, quem Roma veluti Numen adorabat, contendit, & volantem ex aëre precibus præcipitem agit.

Secul. II. à 100. ad 200.

Cum Victor I. in Concilio Romano 198. ad controversias de Paschale inter Christianos exortas tollendas, decrevisset, ut celebraretur Dominico die post lunam decimam quartam, Asiaticos, decreto parere detrectantes, Ecclesiasticis diris devovit. Ex hac agendi ratione, quæ severior nonnullis est visa, schisma conflatum est, quod Ecclesiam usque ad concilium Nicænum I. exagitavit.

Secul. III. à 200. ad 300.

In Romano Concilio decretorio Cornelij judicio lapsorum causæ finis impositus est, datæque certæ leges de ijs ad communionem recipiendis 253. vel 254.

Novatianus à Novato hæresiarcha impulsus Cornelio P. resistit 254.

Agripino Carthaginensi Epis. per errorem hæreticorũ baptisma damnante, gravis in Ecclesia controversia nascitur, de

instau-

instaurando hæreticorum baptismate, quæ plura deinde sæcula tenuit, quamvis non iterandum Stephanus Pontifex Roman: decrevisset 256.

Alterum schisma conflat Felicissimus eodem tempore.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Felix Antipapa contra Liberium 342.

Scindunt Orientalem Ecclesiam Eustatiani & Meletiani Antiochiæ 360.

Occidentalem Lucifer Calaritanus 362.

Ursicinus contra Damasum insurgit 366.

Donatistæ schismate scinduntur à Cæciliano 396.

Intolerandi abusus in Agapis Christianorum Patres ad eas vetandas impellunt.

Qui ex Christianis edicto Diocletiani, de tradendis sacris libris, paruêre, dicti sunt *Traditores*.

Sæculum V. à 400. ad 500.

Eulalius schisma exorsus, gradu deijcitur 416.

Petrus Fullo Episc: Antioch: addens Hymno Sanctus &c. *Qui propter nos Crucifixus est*, magnas in Ecclesia turbas excitat.

Semina Schismatis Constantinopolit. Præsulum Primatum affectantium jacta ab Acacio 471.

Quamvis Henoticon Zenonis nullam diser-

disertè hæresim contineret, meritò tamen à pijs quibusque rejectum est.

Cœlius Laurentius contra Symmachum P. 499.

Sæcul. VI. à 500. ad 900.

Dioscoras contra Bonifacium II. Electus: *brevi hoc schisma extinctum* 530.

Felix & Vigilius aliquamdiu Schismatici tandem legitimi PP.

Theodorus Cæsareæ in Cappadocia Epis: Justiniano trium capitulorum damnationem persuadet, unde seges discordiarum in Ecclesia per duo fere sæcula.

Acæmetarum & Scytharum Monachorum contentiones prioribus damnatis à Joanne II. Pontifice.

Sælonius Ebredunensis & Sagittarius Vapincensis in Gallia, inter Episcopos primi castra militū more secuti sunt. *Baronius.*

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Constant II. Imper: Paulo Patr: C. suadente typum evulgat, sed improbatur à Theodoro R. P. 648. Auctior hinc Græcorum à Latinis abalienatio, donec in hæresim evadat & Græciam perdat.

Ravennatensis Ecclesia exarchi potentiâ freta in Romanum assurgit 669. sed opera Theodori Archiepis: ad ejusdem auctoritatem

tem revocatur sub Agathone.

Schisma Romæ ex divisione assectatorum Theodori atque Paschalis 687.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Schisma ob Theophylactum contra Paulum electum 757.

Constantinus necdum sacris initiatus Paulo primo moriente eligitur, fratre Duce Nepesino Romam cum exercitu ingresso 767.

Vitiza Hispaniæ Rex sibi subjectos Episcopos à Romani Episcopi auctoritate semovet.

Leo III. à Romanis injuriosè tractatur sed in Carolo Magno Præsidium invenit.

Sæculum IX. â 800. ad 900.

Synodus Parisiensis execratur audaciam mulierum, quæ in quibusdam Galliæ Provinciis ausæ fuerant Sacramenta populis ministrare.

Schisma adversus Eugenium II. 824 Contra Benedictum III. 855. Contra Formosum 891.

Joannes VIII. nimis indulgens Apostolicæ severitatis vim primus infregit, unde plurima in Ecclesiam mala fluxêre, & nota de Papissa fabula. *Baron.*

Schisma inter Sergium III. & Joannem IX. 897.

Boni-

Bonifacius Antipapa pulsus per Stephanum VII. 897.

Sæcul. X à 900. ad 1000.

Stephanus VII. Papa pessimo exemplo Formosi, veluti vitio creatus esset, acta rescindit

Infelicissimum Romanæ Sedi sæculum quo mulierum & virorum Principum ludibrio visa est exponi.

Manassi Arelatensi primùm plures committuntur Episcopatus 936.

Hugo nondum quinquennis eligitur Remensis Episcopus 947.

Leo VII. Contra Joannem XII. 956. Et contra Benedictum V. 964 Bonifacius VII Et Benedictus VII Contra Joannem XIV. 984. Joannes XVII. Contra Gregorium V 996.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100

Gregorius contra Benedictum VIII 1024. Sylvester & Joannes contra Benedictum IX. 1033.

Henricus IV. Cæsar & Episcoporum & Abbatum instituendorum jura usurpat, hinc longa malorum series.

Michaël Cerularius Patri: C Azymorum usum latinis exprobrans, novum inter eos & Græcos odiorum semen jacit 1053.

Schisma

Schisma contra Alexandrum II 1061. contra Gregorium VII 1073. Contra Paschalem II 1099.

Puer jussu Regis eligitur Aurelianensis F. 1097. die SS. Innocentibus sacrâ, hinc illud Leoninum.

Eligimus puerum, puerorum festa colentes,
Non Domini dictum sed Regis jussa sequentes.

Secul. XII. à 1100. ad 1200.

Henricus V. per vim jus deferendi Episcopatûs, aliaque munera à Paschali II. extorquet, qui mox omnia per vim expressa irrita declaravit 1105.

Burdinus contra Gelasium II. 118. Petrus Leo, & Octavianus contra Innocentium II. 1130. & deinde contra Alexandrum III. 1159.

Guido Cremensis & Joannes Struma contra Alexandrum III. 1164.

Sec: XIII. à 1200. ad 1300.

Fridericus II. Ænobarbi nepos dolis, & edictis Saracenis in Italiam vocatis, bellis iniquissimis sacros Antistites, Romanos Pontifices, & Ecclesiam per annos 30. turbat, & vexat, Imperatoris nomine bis per Romanum Pontificem exutus.

Inter Dominicanos & Franciscanos Theologos magnis utrimque conatibus celeberrima de conceptu Deiparæ controversia agitari cœpit.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Dissidium gravissimum inter Bonifacium VIII. Et Philippum Pulchrum Franciæ Regem, in quo Pontifex post carceris deformationem ex mærore obijt.

Nicolaus V. Antipapa contra Joannem XXI. seu XXII. 1316. Robertus contra Urbanum VI. 1378.

Petrus de Luna contra Bonifacium IX, ejusque successores ab anno 1394. usque ad 1424.

Inter Romanos Pontifices post D. Petrum nullus Pontificatus annum 25 attigit, hic unus Pseudo-Pontifex trigesimum excessit.

Sæcul. XV. á 1400 ad 1500.

Cum tres essent dubij Pontifices, insurrexit opinio docens Romanum Pontificem etiam certũ Oecumenico subesse Concilio.

Hanc sententiam inter eas, quæ tantum tolerantur, locat Petrus de Marca Archiepis. Parisi. in dissertat: de Infallibil. Papæ

Ægidius seu Clemens VII. contra Martinum V. 1424.

Pragmatica sanctio in conventu Gallicorum Episcoporum Biturici 1438.

Amedeus VIII. Dux Sabaudiæ I. sive Felix V. contra Eugenium IV. 1439. Sed agnito electionis vitio Sponte abdicavit.

Sæc.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Henricus VIII. Angliæ Rex defensor fidei appellatus, post propugnatam Catholicam Religionem defecit ab Ecclesia, ob negatam à Romano Pontifice constantis matrimonij solutionem, 1534. Hinc Anglicanum Schisma.

In comitijs Augustanis 1546. *Interim* promulgatur, in quo Religionis forma usque ad Oecumenici concilij definitionem præscribitur magno Christianæ pietatis detrimento.

Colloquium Pissiacum in Gallia 1561. quod civilia bella, & ingentia mala consecuta sunt. *Gualter.*

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Solennes inter PP. Dominicanos & Societatis Jesu de auxiliis divinæ gratiæ contentiones temperantur per Paulum V. nihil definientem, & interim alienam sententiam notâ inurendi facultate sublatâ.

Ob amplificata, ut appellant regalia jura, gravis inter Romanum Pontificem & Gallos controversia.

Declaratio quinque Propositionum in Gallicano aliquot Episcoporum conventu 1682 magnam Romano Pontifici causam præbet offensionis.

Alexander VIII 30. Januarij 1691. morti proximus conventûs illius acta rescindit.

SERIES DECIMATERTIA.

Hæretici ab anno Christi 1. ad 1698.

Seculum I. à 1. ab 100.

JUdas Sacramentariorum Anteſignanus, *teſte Ioanne Chryſoſt: hom: 46. in Evangel.*

Simon Magus rerum ſacrarum mercatum & nundinationem primus propoſuit, hinc ab eo Simonia nomen invenit.

Thebutes, Alexander Ærarius, Hymenæus, Philetus, Diotrephes, Cerinthus, Cleobius, Ebion, Menander, Doſitheus, Nicolaitæ.

Certum non eſt Nicolaum unum è ſeptem Diaconis Nicolaitarum auctorem fuiſſe.

Seculum II à 100. ad 200.

Elxavius & Jexeus fratres, Saturninus, Baſilides, Carpocrates, Valentinus, Nazaræi, Ophitæ, Cainani, Sethiani, Gnoſtici, Bartaſanes, Baſſus, Ptolemæus, Marcus, Heracleon, Cerdo, Mancion, Apelles, Hermogenes, Montanus, Tatianus, Severiani, Aſſotæ.

Prodicus Adamitarum parens, Archontici, Plaſtus, Florinus, Quartadecimani, Lucianus deſerto Chriſto factus eſt Athe-

us,

us, impius divinitatis, potentiæ & sapientiæ derisor.

Seculum III. à 200. ad 300.

Tertullianus à quo Tertullianistæ, teste S. Augustino, Symmachus, Arabici, Agrippiniani sive Rebaptizantes.

Origenis lapsus Ecclesiæ luctuosus, & inde Origenistæ.

Elcesaitæ, Valesij, Novatiani, qui & Cathari, Noëtiani, Homousiastæ, Beryllus Aquarij, Sabellianus, Paulus Samosatenus, Angelici, Apostolici, Chiliastæ seu Millenarij, inter quos Patres aliqui, priusquam damnaretur error.

Manichæi, Hieracitæ Abstinentes.

Sæcul IV. à 400. ad 500.

Donatus Meletius, Arius, cujus pestiferum dogma toto fere orbe Christiano propagatum est.

Colluthus, Petilianus, Audæus, à quo Antropomorphitæ, Plotinus, Macedonius, Eunomius, Eustachius, Messaliani, Hypsistarij, Theophronius Agnoitarum progenitor, Paterniani, Apollinaris, Collyridiani, Seleuciani, Antidiocamarianitæ, Hermiani, Priscilianus, Helvidius, Jovinianus, Agapeti, Nudipedes qui sinistrâ interpretatione adaptabant sibi præceptū Moysi datum: *Solve calceamentum de pedibus tuis.*

Secul. V. à 400. ad 500.

Vigilantius seu verius cum Hieronymo Dormitantius, Secundianus, Felix, Fortunatus, Faustus.

Manichæi cum Augustino, sed impares tanto Achilli congressi.

Pelagiani, Acephali, Semi-Pelagiani. Ruffinus, Cælestius, Maximus, Abeliotæ, Theodorus, Mopsvestenus, Diodorus Tarsensis, Nestorius, Eutyches, Petrus Fullo.

Xenaias Iconoclastarum parens, prius Episcopus quàm Christianus.

Prædestinati, Acephali, Hæsitantes, Theo-Paschitæ.

Secul. VI. à 500. ad 600.

Deuterius, Angelitæ, Severus Monachus Severianorum seu Acephalorum parens, Julianus Halicarnassæus à quo Phantasiastæ, sive Aphtardocitæ.

Joannes Grammaticus cognomento Philoponus, à quo Tritheitæ.

Petrus Apameensis, Monophysitæ, Monothelitæ, Jacobitæ à Jacobo Zanzalo, Barsaniani, Tetraditæ, Cononitæ, Chistolytæ, Contobabditæ.

Ferquardus I. Scotorum Rex Confessionem in aurem Sacerdoti factam irridens à suis habitus est hæreticus, & è solio in carcerem deturbatus. *Leslæus.*

Sec.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Heicetæ, Gnosimachi, Bayras Mahometis magister, Cyrus Alexandrin: Patriarcha Antiochenus, Sergius & Pyrrhus PP. Constantinopolit: Monothelitæ.

Mahometes Patre Ethnico, matre Judæâ, idemque Christianus monstrosam ex tribus disciplinis sectam confecit, simulato Archangeli Gabrielis congressu & adjutore Monacho Sergio. 620.

Chazinzarii, Armeni, Ethnophrones, Patermeneutæ, Lampesiani, Theocaragnostæ, Aginenses, Maronitæ à Marone Eutychetis furculo.

In sexto Toletano Concilio decretum est, ut inter alia Sacramenta hoc præcipuè se Rex adstringeret, antequam solium ascenderet, non passurum se quenquam non Catholicum in Hispania degere.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Agoniclitæ Christiano- Categori.

Leo Isauricus Imperat, Sacrarum cultū imaginum veluti ex Ethnicorum errore natum, omni vi adnisus est tollere, quæ res ei cognomen Iconomachi dedit 723. Iconoclastæ Aldebertus Gallus, Clemens, Scotus, Pauliciani, sive Atingani.

Felix Urgelitanus & Elipandus.

Albanenses quorum propago Bagnolenses, qui Albanensium erroribus alios addidêre.

Sæc.

Sæcul. IX a 800. ad 900.

Claudius Taurinensis Felicis Urgelitani discipulus.

Theoda Pseudoproph, quæ sibi notum diem extremum judicii jactabat.

Godescalcus Prædestinatianorum instaurator:

Leo Armenus Sacrarum imaginum cultui bellum atrox indixit 814.

Photius Græcorum Schismaticorum antesignanus, PseudoPatri: C. P.

Joannes Scotus cum Sociis Fredevardo & Bertramo, quos aliqui Sacramentariorum præcursores appellant.

Sæcul. X. á 900. ad 1000.

Novi Antropomorphitæ in Italia.

Manichæorum secta Philippopoli reviviscit.

Lutardus in Gallia Crucis & decimarum hostis.

Vilgardus Grammaticus Ravennas deceptus à dæmonibus, illi sub Homeri Virgilii & Horatii specie apparentibus docet poëtarum dictis fidem habendam 1000.

Peculiari Divini Numinis providentiâ effectum videtur, ut nullo sæculo pauciores hæreses pullulârint, quàm eo, quo plerumque in Romanis Pontificibus probitas & doctrina desiderata est.

Sæc

Sæcul. XI. à 1000 ad 1100.

Leutericus Senon: Archiep: Sacramentariorum prima semina spargit 1004.

Berengarius Sacramentariorum Princeps 1040.

Heribertus & Lisorius novi in Gallia Manichæi. Reordinantes. Michaël Cerularius, Simoniaci Sacerdotiorum nundinatores, & novi Nicaloitæ Mediolani, contra quos Gregorius VII. acriter & feliciter decertavit.

Incestuosi. Wecilo Moguntinus, Roscellinus Sabellianorum renovator.

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Basilius Bongomilorum caput.

Petrus de Bruis, Durandus de Waldach, Petrus Abailardus, Arnaldus de Brixia, Marsilius Patavinus, Patareni.

Pseudapostolici, Henriciani, Adamitæ, Eon, Waldenses seu pauperes de Lugduno quorum reliquiæ in vallibus Alpiũ Cottiarũ.

Insabbatati, Albigenses, Corresij seu Coterelli.

Petrobrannitæ, qui primi Romanum Pontificem stultè ausi sunt appellare Anti-Christum. *Gualter.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1320.

Almaricus Carnotensis, David Dinantius, Guilhelmus de S. Amore & Desiderius Longobardus religiosæ paupertatis hostes.

Fla-

Flagellantes, Gerardus, Sagarellus.

Hermannus auctor Fratricellorum, qui & Bisochi viduarum, Matronarum, & Virginum, quas pelliciebant ad nocturna sacra corruptores.

Perperam à nonnullis cum Bequardis & Beghinis confunduntur. Quietistis nostri vi cum his multa communia.

Sæcul XIV à 1300. ad 1400.

Bequardi & Beguinæ auctore Bogonato, Dulcinus à quo Dulciniſtæ, Templarij, Barlaamus, & Acyndinus, Michaël de Cesena, Lolhardus, Walterus, Joannes de Poliaco, Raymundus Theophitus.

Petrus de Cugneriis hostis jurisdictionis & libertatis Ecclesiasticæ, Richardus Armacanus, Bertoldus de Borbach, Bartholomæus Janovezius, Turelupini sive Cynici, secta planè ferina atque agrestis.

Joannes Wicleffus, qui Wigornienſi Episcopatu non impetrato à Romano Pontifice ingenium & stilum in sedem Apostolicam convertit 200. voluminibus scriptis. *Æneas Sylvius.*

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Joannes Hus, à quo Hussitæ. Hieronymus de Praga.

Joannes Zischa Dux Thaboritarum, Joannes Roatius, Pikardus à quo Pikardini. Bedricus auctor Orebitarum, Orphani,

Joan-

Joannes Betharim, Tympaniſtæ, Petrus de Oſma, Jacobellus, Procopius, Petrus Dreſdenſis, Hermannus Riſſuich.

Joannes de Rochezana, Joannes Monachus, Nicolaus Galerus.

Matthæus Palmerius Chronologus Florentinus, ſed hæreſis manifeſtè convictus ob librum de Angelis ſcriptum flammis addictus eſt. *Gualterius.*

Sæcul XVI. à 1500. ad 1600.

Martinus Lutherus, Anabaptiſtæ, Petrus Vermillus cognomento Martyr, David Georgius, Caroloſtadius Libertini, Oecolampadius, Antichriſtiani, Zuinglius, Brentius, à quo Ubiquetarij, Melanchton, Bucerus, Jonas Lutheri coquus, qui ſe juſtum Jonam dicebat.

Calvinus, Servetus Beza, Deiſtæ ſive Trinitarii, Bruniſtæ, Puritani, Sabbatarij, Arrabonarij, Metamorphiſtæ, Antilutherani, Matthias Flaccius, infernales, inviſibiles, Pharellus, Bibliſtæ, Pſeudo-Propheta Peruvianus, Sociniani quorum peſſima ſecta & vix Chriſtiana ſectatores tamen plurimos habet.

Proteſtantium nomen, quo plerique novatorum gaudent, natum Spiræ 1529. à proteſtandi voce & conſuetudine. *Surius & Genebrard.*

Sæc.

Sæc: XVII à 1600 ad 1698

Antipuritani, Joannes Piscator, Arminius, Chamerius, Vorstius, Sibrandus, Illuminati, Lubertus, Fratres Roseæ Crucis, Tilenus Francis: David cum reliquis ministris Transylvanis, Fanatici & Tremantes in Anglia.

Quinque Jansenij dogmata 1653. ab Innocentio X. damnata, & iterum ab Alexandro VII. 1657.

Simon Morinus qui se Spiritum S. prædicabat, Parisijs comburitur 1663.

Cantores Israëlis in Scotia 1681.

Michaëlis Molinos & Quietistarum errores damnantur 1687.

CATENA TEMPORUM NOVI TESTAMENTI TRIPARTITA

Ad omnigenam historiam Sacram & Profanam connectendam elaborata.

PARS SECUNDA.

Complectens

à Christo nato usque ad annum 1698

Politica, Bellica & Fortuita.

numerus Imperatorum

SERIES PRIMA.

Imperatores Romanorum à Christo nato ad an. 1698.

anni Regiminis.

Sæc. I. à 1. ad 100.

1 Octavianus Cæs: Augustus moritur an. Ch: 15. imperij. 44

2 Tiberius adoptatus ab Augusto ad 37. 33

3 C. Caligula Germanici ex Agrippina fil. ad 41. 4

4 Claudius Nero filius Drusi, Liviæ nepos ad 14. 13

5 Domitius Nero Agrippinæ fil: Germanici nepos ad 68. 13

6 Sergius Sulpitius Galba, primus à militibus dictus Imperator ad 69 - regnavit per menses 8

7 Silvius Otho à militibus pariter electus: per menses 3

8 Aulus Vitellius à militibus extra urbem dictus, mens: 8

9 Flavius, Vespasianus à militibus appellatus, ad 79. 10

10 Titus Vespasianus Flavij fil: ad 81 2

11 Flavius Domitianus Titi frater ad 96. 15

12 Ner-

12 Nerva Coccejus à Domitiani interfectoribus dictus, ad annum Christi 98 — 2

13 Ulpius Trajanus primus exterorum adoptatus à Nerva, ad an: Christi 117. — 19

Sæcul. II. â 100. ad 200.

14 Ælius Hadrianus adoptatus à Trajano ad 139 — 21

15 Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano ad 161 — 23

16 Marcus Aurelius Antoninus ab Antonino Pio adoptatus ad 180 — 19

17 Lucius Verus à fratre in Societatem imperij adscitus ad 169 — 9

18 Commodus Marci Aurelii Antonini fil: ad 192. — 13

19 Ælius Pertinax à senatu invitus accepit imperium. - menses — 3

20 Didius Julianus jurisperitus invasit imperium. - mens: — 2

21 Septimius Severus electus à senatu: ad 211 — 18

Sæcul. III. â 200. ad 300.

22 Antoninus Caracalla septimij fil: degener ad 217 — 6

23 Macrinus cum Diadumeno fil. ad 218 — 1

24	Marcus Aurelius Antoninus Heliogabalus ad 222	4
25	Alexander Severus omni genere virtutum nobilis ad 235	13
26	Julius Maximus absque senatûs auctoritate Imperator ad 237	2
27	M. Antoninus Gordianus Senior ad 238	13
28	Maximus Pupienus & Cælius Balbinus 238	2
29	Gordianus Junior ad 244	1
30	Philippus Pater & filius, genere Arabes ad 249	1
31	Decius ab exercitu dictus Imperator ad 251	5
32	Gallus & Volusianus ejus filius ad 254	5
33	Valerianus & Gallienus ejus filius ad 268	3
34	Claudius II. à Senatu appellatus Augustus ad 270	2
35	Aurelianus à Dacia, sive Mæsia oriundus ad 275	5
36	Tacitus insigni moderatione memorandus 276 - menses	6
37	Florianus Taciti frater invasit imperium, tenuitque menses	2
38	Probus belli pacisque artibus clarissimus ad 282	6

39. Ca-

39	Carus cum Carino, & Numeriano filijs ad 284		2
40	Diocletianus, & Maximus, fortes, sed crudeles ad 304		20

Sacul. IV. à 300. ad 400.

41	Constantius Clorus, & Galerius Maximianus à 304 ad 306		3
42	Constantinus Magnus Constantini Clori filius ad 337		31
43	Constantinus Junior, Magni filius ad 340		4
44	Constans Constantini Magni filius ad 350		13
45	Constantius Cõstantini fil. ad 361		24
46	Julian⁹ cognomẽto apostata ad 363		2
47	Jovianus seu Jovinianus ab exercitu dictus Augustus ad 364 mens-		2

Valentinianus I. Adscito in consortiũ fratre Valente, imperiũ divisit.

	Imperatores Occidentis.	an: Reg:
48	Valentinianus I ad 375	2
49	Gratianus ad 383	8
50	Valentinianus II ad 392.	9
51	Honorius à 395 ad 423	28

	Imperatores Orientis.	
1	Valens ad 378	14
2	Theodosius I. ad 395	16

	Mortuo Valentinia; II Solus imperat.	
3	Arcadius ad 408	13
	Sæcul. V. â 400 ad 500.	
	Imperârunt in Occidente	
52	Valentinianus III. à 427 ad 455.	30
53	Maximus Avitus ad 457	2
54	Majorianus ad 461	4
55	Severus ad 465	4
56	Anthemius à 467 ad 472	5
57	Olybrius - - menſes	7
58	Glycerius ad 474	1
59	Julius nepos ad 475	1
60	Momylus ſive Auguſtulus	1
	Imperium Occidentis deficit.	

Imperatores Orientis.

4	Theodoſius II. ad 450, *Adjutrice ſorore Pulcheriâ.*	42
5	Martianus maritus S. Pulcheriæ Virginis ad 458.	6
6	Leo I. ad 474.	17
7	Leo II. cum Zenone ad 475.	1
8	Zeno ſolus ad 491. *Per annos duos vexatur à Baſiliſco imperium occupante.*	18
9	Anaſtaſius I. ad 518	27
	ITALIÆ REGES	
1	Odoacer Herulus ad 493.	17
	GOTHI	
2	Theodoricus ad 526 - - -	33

Sæc.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

3	Athalaricus ad 534.	8
4	Theodatus ad 536.	3
5	Vitiges ad 540.	4
6	Hildoaldus ad 541.	1
7	Araricus ad 542. Menses	7
8	Totilas ad 552.	11
6	Teias ad 553.	1
	GRÆCI POST GOTHOS ad 568.	
	LONGOBARDI	
10	Alboinus ad 571.	3
11	Clepho ad 573.	1
	Interregnum annis duodecim.	
12	Flavi: Antharius à 585. ad 590.	5
	Flavii omnes inde dicti Reges.	
13	Agilulphus ad 616.	25

Imperatores Orientis.

10	Justinus ad 527.	9
	Primus Orientalium Cæsarum à Rom. Pontif. Imperatoriis insignibus decoratus.	
11	Justinianus ad 566.	
	Romani Imperij dignitatem instaurat, legibus datis, & provinciis receptis.	
12	Justinus Junior ad 578.	12
13	Tiberius II. ad 582.	4
	Munificentiâ ac felicitate inclytus.	
14	Mauritius I. Græcus ad 602.	20
	Sub hoc primùm Turcarum nomen auditum, Genebrardus.	

Sæc. VII. à 600. ad 700.

14	Adavaldus ad 626.	10
15	Ariovaldus ad 638.	12
16	Rotharis ad 654.	16
17	Rodoaldus ad 659.	5
18	Aripertus I. ad 662.	3
19	Godebertus & Bertharitus ffr. *Pelluntur à Grimoaldo.*	0
20	Grimoaldus ad 673.	10
21	Caribaldus - - - - Mens.	3
22	Bertharitus solus ad 691.	18
23	Cunipertus ad 703.	12

Imperatores Orientis.

15	Phocas ad 620.	8
16	Heraclitus ad 641.	30
17	Constantinus IV. ad 642. mens:	3
18	Constans II. ad 668	26
19	Constantinus V. Pogonatus ad 685 *Bulgaris tributum pendit.*	17
20	Justinianus II. ad 694. *A truncato naso dictus* RHINOTMETUS. *Hoc pulso*	10
21	Leontius Patritius ad 697. *In monasterium detruditur.*	3
22	Tiberius III. Absimarus ad 705.	7

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

24	Luitpertus à 704.	1
25	Ragumpertus Mens	3

26. Ari-

26	Aripertus II. ad 712.		8
27	Ansprandus	Mens:	3
28	Luitprandus ad 744.		31
29	Hilprandus 736. Mens.		7
	Vnà cum Luitprando.		
30	Rachisius ad 756.		6
31	Aristulphus ad 756.		6
32	Desiderius cum fil: Adalgiso ad 774		18
	Victo Desiderio		
33	Carolus Magnus ad 800		26
	IMPERIUM OCCIDENTIS		
	Restituitur		
1	Carolus Magnus ad 814.		14
	A Leone III. Rom: Pontif. dictus		

Imperatores Orientis.

23	Justinianus II. iterum ad 711.		7
24	Philippus ad 712.		1
25	Anastasius II. ad 715.		3
26	Theodosius III. ad 716.		1
27	Leo III. Isauricus ad 741.		24
28	Constant: VI. Copronym: ad 775.		5
29	Leo IV. vulgò III. ad 680		10
30	Constantinus VII. cum Irene ad 790		7
	Idem solus ad 797		5
34	Irene sola ad 802		
	Saracenis tributum pendit.		

Seculum IX à 800 ad 900.

Imperârunt in Occidente.

2	Ludovicus Pius ad 840		26
3	Lotharius I. ad 855.		15

4 Ludovicus II. ad 875. 20
5 Carolus Calvus ad 977. 2
5 Ludovicus III. Balbus ad 979 2
Vacat imperium ad 881.
7 Carolus Crassus ad 888. 7
Vacat imperium ad 892.
8 Vido Spoleti Dux ad 894. 3
9 Lambertus cum Patre ad 910. 17
10 Arnulphus ad 899. 4
Simul cum Lamberto.

Imperatores Orientis.

31 Nicephorus ad 811. 9
Cum filio Stauratio ab 804. ad 811.
32 Michaël I. Curopal. ad 813. 2
33 Leo V. Armenus ad 820. 7
34 Michaël II. Balbus ad 829. 9
35 Theophilus ad 842. 12
36 Michaël III. cum Theodora ad 855 12
Solus matre pulsâ ad 867. 12
37 Basilius Macedo ad 886. 18
38 Leo IV. Sapiens ad 911 25

Sæcul. X. á 900 ad 1000. 90

Imperârunt in Occidente.

11 Ludovicus IV. à 901 ad 902. 2
Vacat Imper: à morte Lamberti ad 915
12 Berengarius ad 924. 9
Ludovicum Arnulphi fil. Conradum Henricum Aucupem Germaniæ Reges, Germani inter Cæsares nume-

rant

rant, sed aliu videtur vacâsse potiùs Imperium.

13 Otho Saxo Magnus à 962 ad 973. 11
Hic novos Magistratus dat Italiæ & Roncaliarum conventus instituit.

14 Otho II fil. ad 983.

15 Otho III fil. ad 1002. 10 18

Imperatores Orientis.

39 Alexander ad 912. 1

40 Constantinus VIII. ad 939. 48

41 Romanus Juvenis ad 963. 5

42 Nicephorus Phocas ad 969. 6

43 Joannes I. Zemisces ad 975. 6
Primus nummos imagine Christi signat.

44 Basilius & Constantinus IX. fratres simul ad 1024.

45 *Basilius mortuo Samuele Rege, Bulgariam adjecit Imperio.* 50

Saculum XI à 800 ad 900.

Imperârunt in Occidente.

16 S. Henricus I. ad 1024. 23
Dux Bavariæ sed Saxo genere: Globus aureus cũ Cruce, insigne Imperij huic datus à Benedicto VIII 1013
Burgundia cedit Imperio.

17 Conradus I. Salicus Franconiæ Dux ad 1039.
Sub hoc uti dicunt Feudorum initia apud Germanos. 17
Hen-

18 Henricus II. Franco ad 1056. 17
19 Henricus III. Franco ad 1106. 50

Imperatores Orientis.

46 Constantinus solus ad 1028 3
47 Romanus III, cum Zoë ad 1034. 5
48 Michaël IV. Paphlago ad 1041. 7
49 Michaël V. Calaphat. 1042. Mens. 4
Constantinus X. Monomachus ad 1054. 12
50 Theodora Porphyrogen. ad 1057 2
51 Michaël VI. Stratioticus ad 1058 1
52 Isaac Comnen: ad 1059. 2
53 Constantinus XI. Ducas ad 1067. 7
54 Romanus Diogen. ad 1071. 4
55 Michaël VII. ad 1078. 6
56 Nicepharus Botoniates ad 1081. 3
57 Alexius I. Comnenus ad 1118. 37

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Imperârunt in Occidente.

20 Henricus IV Franco ad 1125. 20
21 Lotharius II. Saxo ad 1138. 13 13
22 Conradus II. Sueviæ Dux ad 1152. 13
23 Fridericus I. Ænorbarbus Suevus ad 1190. 37

Egregiâ sanè animi indole Imperator, si Othones potiùs in tuenda, quàm Henricos in oppugnanda Ecclesia fuisset æmulatus.

24 Henricus V. Suevus ad 1197. 8

Philip-

Philippus Suevia & Otho Saxoniæ Dux de Imperio contendunt usque ad 1208.

Imperatores Orientis.

58	Joannes II. Comnen: ad 1143	25
59	Manuel Comnen: ad 1180	38
60	Alexius II. Comnen: ad 1183	3
6	Andronicus Tyran: ad 1185	2
62	Isaacius Angelus ad 1195	10
63	Alexius III. Angelus ad 1203	8
64	Alexius IV. Isaaci fil. *à Latinis patrio solio impositus, sed eodem anno post sextum mensem laqueo perit in carcere.*	

Sæc: XIII. à 1200. ad 1300.

Imperârunt in Occidente.

25	Otho IV. Saxo ad 1219.	10
	Vacat Imperium ad 1220.	
26	Fridericus II. Suevus ad 1250. *Vacat* Imperium, *dum pro illo contendunt* Guilelmus Hollandus, Richardus Anglus, & Alphonsus Castellanus *ed* 1273. Imperio Vacante, initium habuit societas civitatum, quæ à Germanica voce Hansa dictæ sunt Hanseaticæ.	31
27	Rodulphus Austrius ad 1292. armis & pietate clarissimus, Austriæ	19

Alberto filio data inclyta familiæ nomen fecit.

28 Adolphus Nassau ad 1298 6
29 Albertus Austr: ad 1308 10

Imperatores Orientis.

LATINI

Constantinopoli anno 1204. expugnatâ, occupant Imperium.

65 Balduinus Flander ad 1205. 1
66 Henricus ad 1216. 12
67 Petrus Antisiodorensis.

Vacat Imperium ad 1220.

68 Robertus ad 1228 8
69 Joann: III. Brienn: ad 1239. 11
70 Balduinus II. ad 1261. 23

Dum Constantinopoli Latini sedent, Imperant Niceæ in Bithynia Græci, Theodorus Lascaris I. Joannes Ducas Varacius, Theodorus Lascaris II.

Pulsis Latinis redeunt Græci 1261

71 Michaël Paleologus VIII. ad 1283. 23
72 Andronicus II. Paleologus ad 1332. 49

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400. 29

Imperârunt in Occidente.

30 Henricus VI. Luxenburgicus ad 1313 5

Clemens V. illi Augustalia insignia ultro detulit. qui honor antea id temporis nullibi habitus est.

31. Lu-

31	Ludovicus V. Bavarus ad 1346	33
	Romana Ecclesia hunc inter Cæsares non agnoscit	
32	Carolus IV. Luxenburgicus ad 1378.	33
	Auream bullam condidit 1356.	
33	Wenceslaus Luxemburgic. ad 1400	22
	Huic ob inertiam abrogatur Imperiū	

Imperatores Orientis.

73	Andronicus III Jun. Paleol. ad 1341	9
74	Joannes IV. Paleolog: ad 1383	43
75	Joannes V. Cantacuzenus unà cum IV. ab an: 1347 ad 1355.	8
76	Manuel II. Paleolog. ad 1423.	40
	Crescunt hoc sæculo Turcarum opes Regnantibus, Orchano ab anno 1326, & post illum doinceps, Amurathe I. Bajazete I. usque ad 1402.	

Sæcul. XV. â 1400 ad 1500.

Imperârunt in Occidente.

34	Robertus Palatinus ad 1410	10
35	Jodocus Moraviæ Marchio, menses	6
36	Sigismundus Luxemb: ad 1437.	27
37	Albertus II. Austri: ad 1439.	2
38	Fridericus III. Austriac: ad 1492.	53
39	Maximilianus I. Austriac: 1519	26
	Princeps eximius Camera Imperialis institutor. Sed venator impotens sui.	

Imperatores Orientis.

77 Joannes VI. Paleol: ad 1449. 26
78 Constantinus XII. Paleol. ad 1453.
Regnant apud Turcas Musa, Mahometes I. Amurathes II. Pater Mahometis II.
Constantinopoli captâ 1453. *Orientis Imperium occupant Turca.*

TURCÆ.

1 Mahometes II. ad 1481. 28
Magnus à suis appellatus, cum duo subegisset Imperia, regna quatuor, Provincias 20. *urbes* 200.
2 Bajazethes II. ad 1512. 31

Sæcul: XVI. à 1500 ad 1600.

Imperârunt in Occidente.

40 Carolus V. Austriac: ad 1558. 39
Imperio fortiter administrato, & piè dèposito Magnus *dictus.*
41 Ferdinandus I. Austr. ad 1563. 6
42 Maximilianus II. Austr: ad 1576. 12
43 Rodulphus II. Austriac: ad 1611. 35
Turca magnam Hungariæ partem occupat.

Imperatores Orientis.

3 Selimus I. ad 1530. 8
Hujus vox illa, Turca tyranno digna

digna, nihil jucundius esse in vita, quàm sublato proximorũ metu regnare

4 Solimannus ad 1566. 46
5 Selimus II. ad 1574. 8
6 Amurathes III. ad 1595. 20
7 Mahometes III. ad 1603 8

Sec: XVII à 1600. ad 1698.

44 Matthias Austri: 1619. 7
Bohemica defectio 1619. *in qua Comes Palatinus Rex dictus, sed intra annum Pulsus.*
45 Ferdinandus II. ad 1637. 18
Gustavo Suecia Rege per Germaniam arma victricia circumferente, res Austriaca in magnũ discrimẽ adducta.
46 Ferdinandus III. Austriac: ad 1658. 21
47 Leopoldus Ignatius Austr: à 1658.
Post Viennam à formidabili Turcarum obsidione liberatam 1683, *ope foederati Poloniæ Regis, Joannis IV. & Caroli V. Lotharingi virtute, Turcam majore parte Hungariæ expellit, deletis magnis exercitibus, & urbibus munitissimis expugnatis.*

Imperatores Orientis.

8 Achmates ad 1617.
9 Mustapha fra: - menses 14 2

	Ob inertiam cogitur abdicare.	
10	Osmanes nepos ad 1622.	4
11	Mustapha iterum	1
	Rursus deponitur.	
12	Amurathes IX ad 1640	17
13	Ibrahim ad 1649.	9
14	Mahometes IV. ad 1687.	28
	Ob res infeliciter contra Christianos Hungarico bello gestas depositus.	
25	Amurathes V. ab anno 1687.	

SERIES SECUNDA.

Romani Imperij & Italiæ vices, Respublicæ, & Principes, ab anno Christi 1. ad 1698.

Saculum I. à 1. ab 100.

ARmenia & Pannonia à Tiberio adjunctæ Rom: Imperio.

Idem Cappadociæ Rege per speciem amicitiæ evocato, retentoque, ejus regnum in provinciam redigit.

Claudius Britanniam & Orcades insulas sine prælio & sanguine subigit.

Achaja, Thracia, Lycia, Samus, Rhodus in ditionem populi Romani redactæ sub Vespasiano.

Secul. II. â 100. ad 200.

Trajanus Daciam subigit, Armeniam de Parthis recipit, Persidem, maximamque Asiæ partem Romano adjungit Imperio.

Idem ad Indiæ fines progressus, tres novas in itinere provincias fecit, Assyriã, Mesopotamiam, Armeniam, quibus Arabiam adjecit.

Hadrianus pacis avidus, tres dimittit provincias, quas in Asia Trajanus Imperio adjecerat,

Antoninus Pius iterum profert Imperiũ.

Saculum III. á 200. ad 300.

Gordianus Persis devictis Antiochiam, Carras, & Nisibin recipit.

Gallieno per ignaviam & luxuriam sedente, Romanum Imperium concutitur. Illyricum, Ægyptum, Africam occupant tyranni, Germani in Hispaniam, Alemanni in Italiam erumpunt.

Græcia, Macedonia, Pontus, Asia à Gothis, Pannonia à Parthis, à Sarmatis, Quadisque populatur, Dacia, quam Trajanus Imperio adjecerat; in perpetuũ amissa.

Fanum S. Marini apud Ariminum à Divi cognomine conditum, sæviente in Ecclesiam Domitiano, quam in primo exortu nactum est libertatem, eam per annos plus-

quam

quam 1400. ſervat intactam. *Ex Diplom: Pauli* III *& Clementis* VIII.

Secul. IV. à 400. ad 500.

Conſtantinus Magnus ſedem Imperij Româ Byzantium transfert.

Conſtantinus poſt translatam Româ ſedem, quatuor inſtituit prætorij Præfectos, Illyrici, Italiæ & Galliarum, ac per eos adminiſtrat Imperium à ſe auctum.

Conſtantinus II. Conſtans, & Conſtantius, Conſtantini filij partiuntur Imperium, ex præſcripto Patris.

Conſtantino cedunt Galliæ, & quicquid terrarum ultra Alpes jacet: Conſtanti cum Illyrico, & Africa, Italia, Conſtantio Græcia, Thracia, Aſia & Ægyptus.

Secul. V. à 400. ad 500.

Aëtius Dux, quo Galliæ & Italiæ ſalus nitebatur, manu Valentiniani III. cæditur. Hinc barbari omni metu ſoluti, Romani Imperium diripere incipiunt.

Sicilia occupatur à Genſerico 440.

Venetiæ conditæ à Tribunis reguntur uſque ad annum 697.

Syagrio per Clodovæum interempto, Romanum Imperium in Gallia deficit 486.

Theodoricus per inſidias Odoacrem cædit, & Gothorum Primus regnat in Italia:

Sæ-

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Aliqua Romanorum Magistratuum species in Italia sub Gothis Regibus perseverat.

Sicilia recuperatur à Belisario 535.

Italia cæso Teja, sub Græco Imperatore est ad 568.

Alboinus Italiam ingressus, nepotem Gisulfum primùm perpetuum foro Julij Ducem dicit 568. *Sigonius.*

Longinus Exarchus I. à Justiniano institutus, Ravennæ Sedem statuit 569.

Longobardi in Italia Regem exosi, 36 Duces instituunt 573.

Præcipui ex his ducibus Spoletinus, Beneventanus 576. *Campellus.*

Reges iterũ creantur à Longobardis. 585

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Saraceni Syra usis expugnatis, per totam Siciliam populantur.

Longobardi, Rothari regnante, Liguriâ potiuntur 647.

Iidem novas leges, novos Magistratus inducunt, Castaldos, Cataneos, Valvasones &c. Per quos, provincias, urbes & oppida regerent.

Veneti acceptâ ab Adeodato Rom: Pontifice potestate, primum Ducem eligunt Paulutium Anaphæstum 697.

Romu-

Romualdus Beneventi Dux totâ fere extremâ Italiâ Græcos expellit.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Sardinia post domitam Hispaniam à Saracenis subacta.

Etruriæ Duces, Longobardis regnantibus, mox post Carolum Magnum rerum potiti, dicti plerumq; Comites, aut Marchiones, Lucæ sedere consueverunt, *Florentinus in Mathild.*

Æistulphus Rex Longobardorum Ravennâ potitus, cæterisque exarchatûs oppidis in suam ditionem redactis, huic Magistratui finem imponit 752.

Pipinus fil. Caroli ab anno 781. ad 810. Rex Italiæ.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Sub initium sæculi Ademarus Genuæ Comes.

Bernardo Caroli Magni nepote mortuo Regnum Italiæ Imperio jungitur 818.

Salernitani & Capuani Principatus initia Lothario I. imperante.

Saraceni Gariliani arce donati, multis circum oppidis potiuntur.

Carolo Crasso extincto, sive Reges, sive Cæsares usque ad Othonem I. Germaniæ Regem certasse potiùs in Italia, quam imperasse visi sunt.

Sigifredus ex Longobardis Etruriæ Principibus, pater Atonis, avus Sigeberti, quem postea 967. Otho I. Atheſtis Marchionem dixit.

Sæcul. X à 900. ad 1000.

Rudolphus Burgundus Italiæ regno, ad quod vocatus fuerat, spoliatur 926.

Hugo Arelatensis illi succedit, sed pellitur 949.

Berengarius II. regnat ad 962.

Otho I. Magnus, victo Berengario.

Comites Abintimilij, Clavesianæ & Saonæ Marchiones; Flisci Lavaniæ Comites, Malespinæ Marchiones, Othone I. imperante, in totâ fere Liguria & maritimis Alpibus dominantur, *Sigonius.*

Mutilianæ Comes dictus Quido, ex quo claræ per Etruriam & Galliam Cisalpinæ familiæ 967.

Aleramus Othonis I. Gener, I. Montisferrati Marchio.

Grimaldus Antipolis in Galliâ III. Monæci in Liguria Dynasta I.

Sex minores Alerami filij, Cævæ, Saluciarum, Boschi, Ponzoni, Carrecti, & Buschæ Marchiones ab Othone III. instituti. *Sigonius.*

Partem Italiæ postremam Græci Cæsares recipiunt.

Sæc.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Aliquot Italiæ urbes, quæ Othone II. imperante libertatem suam usurpare cæperunt, suas opes augent: inter quas præcipuè, Pisa, Mediolanum, Florentia, Genua, Sena.

Arduinus Eporediæ Marchio, ab anno 1002. ad 1015. regnum Italiæ nititur instaurare. *Thsaur: in Regno Italiæ.*

Robertus Quiscardus Normannus à Nicolao II. Apuliæ & Calabriæ Dux renunciatur 1059.

Humbertus II. Sabaudiæ comes, aviæ Adelaidis jure, multis in Italia oppidis potitur 1091.

Sicilia per Normannos Saracenis erepta, Duce Maniaco Apuliæ Prætore.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Quido Vicecomes, à quo Spinolarum gens, in Porciferæ valle latè Dominus, 1102.

Rogerius III. Gibbosi filius, utriusque Siciliæ Rex 1139.

Vicecomites cum Turrianis de Mediolani Principatu contendunt ab anno 1194 ad 1294. quo Matthæus Magnus Vicecomes pulsis Turrionis & Vicarius Imperalis dictus à Cæsare rerum in patria potitus est.

Rambaldus à Collalto comes Tarvisinus per Henricum V. 1191.

Cher-

Gherardeschæ Comites in Etruriâ opibus præpollentes.

Passani Domini postea Comites memorantur.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Fridericus II. Suevus jure matris Constantiæ Rex utriusque Siciliæ 1209.

Marchiones à monte S. Mariæ, beneficio Friderici II. Cæsaris pluribus oppidis potiuntur.

Ubertus Marchio Pallavicinus Brixiæ & Cremonæ Dynasta, Parmæ, Placentiæ, Ticini, & Mediolani rerum arbiter 1259.

Malespinæ Lucâ pelluntur ab Obiziis, quibus cives ultro se dedunt 1260.

Carolus Andegavensis Rex utriusque Siciliæ 1263.

Mantua sibi consulem creat 1274.

Pisanorum opes, acceptâ ad Lamellam à Genuensibus clade, concidunt 1284.

Florentini, Lucenses, alijque per Italiam populi, emptâ à Rodulpho Cæsare libertate Magistratus eligunt 1286.

Sub Carolo II. Andegavensi Regna Neapolis & Siciliæ dividuntur: hæc Arragonijs cedit 1288.

Obizo II. Atestinus Mutinæ & Regij Dominus 1288.

Theodorus Paleologus jure Jolandæ matris Montisferrati Marchio 1293.

Carrarienſes Patavij Domini 1308.

Manfredus Pius Carporum Dynaſta 1319.

Brancas Auria in Sardinia latè Dominus, & rerum arbiter, brevi à Cæſare Rex appellandus fato fungitur.

Guido Gonzaga, cæſo Paſſerino tyranno, Mantuæ I. Vicarius 1329. Poſteri Marchiones.

Simon Buccanigra Genuæ Dux I. 1339.

Florentiæ pulsâ nobilitate Plebs Dominatur, Maſtinus Scaliger I. à Veronenſibus populi Dux eligitur 1368.

Joannes Galeatius Vicecomes Mediol. Dux à Wenceſl. Imperatore dicitur 1386.

Lucæ hoc ſæculo Domini Huguccio Faggivola, Caſtruccius Caſtracanus, Gherardus Spinula, qui eam unà cum Dertona à Ludovico Bavaro dato pretio, acceperat, inde à Cardinali Gallo, quem Carolus IV. Illi præfecerat, libertate donata, turbatur iterum brevi Pauli Quiniſij tyrannide.

Nicienſes ſe, ſuaque Comiti ſponte tradunt 1386.

Jacobus Appianus cæſo Petro Gambacurtâ Piſarum tyrannus 1396. filius Gerardus Plumbini Dominus 1399.

Genuenſis reſpublica domeſticis diſcordiis agitata ab anno 1369. ad 1528, aliquando ducibus ſuis, ter Galliæ Regi, ter Medio-

diolani Duci, semel esiam Montiferrati Marchioni paret.

Bosius Sfortia S. Floræ in Etruria Comes 1400, Posteri Duces.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Carrarienſium Patavinorum & Scaligerorum Veronenſium ruinis Venetæ opes creſcunt; Vercellæ Sabaudiæ Duci à Philippo Maria Vicecomite 1427. & Bobium Ludovico Vermio 1436. ab eodē donantur.

Coſmus Mediceus I. Parer Patriæ, Petrus filius & Laurentius nepos, Florentiæ arbitri.

Sena civilibus diſcordiis implicita, externorum dominationem aliquando, mox & civium tyrannidem pati cogitur.

Florentini Piſas ad deditionē cōpellunt.

Franciſcus Sfortia, Philippo Marca ſine virili ſtirpe obeunte, Mediol: Dux 1450.

Borſus Ateſtinus Dux Mutinæ 1452. à Friderico III. dictus.

Joanna Regina Neapolitana Alphonſum Aragoniæ Regem adoptat, qui regni potitur: mox eo exhæredato Ludovicum Andegavenſem vocat ad ſceptrum.

Hinc bellum inter Francos & Aragonios Victores, quibus Auſtriaci poſtea ſucceſſēre.

Medicei Florentiâ pulſi 1494.

Petrus Soderinus novo exemplo perpetuus Florentiæ Vexillifer ad 1512.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Medicei Florentiam redeunt 1512.

Genua, auctore Andreâ Aureâ, Francorum excutit jugum, & Cæsari adhæret 1528.

Fridericus Gonzaga Dux Mantuæ à Carolo V. dictus 1530.

Alphonsus Atestinus Dux Regii 1530.

Landi, Caroli V. Munificentiâ post Joan. Aloysij Fliſci casum, plurium oppidorum in Tari valle, Dynastæ fiunt.

Laurentius Cibo 1530. Massæ Carrariensis Marchio: Posteri Principes, mox Duces. Mortuo Francisco Sfortia II. Mediolanum occupatur à Gallis, sed brevi transit ad Austriacos 1535.

Cæso per insidias Alexandro Mediceo, quem Florentinis Carolus V. Imposuerat, subrogatur à republica Cosmus 1537, ejus posteri feliciter imperant.

Sena in potestatem Caroli V. redacta, & mox Mediceis concessa à Philippo II. 1555.

B. Pius V. Cosmum Mediceum aucto tituli honore Magum Ducem appellat 1569.

Auriæ Oneliam accepto pretio Sabaudo tradunt 1575.

Genuæ concordia & libertas tandem firmatur operâ Gregorij XIII. 1575.

Sæc.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Sabaudiæ Dux Sebusianos Galliæ Regi tradit, ut salutijs liberè potiatur 1600.

Mirandula ex comitatu ducatus 1615.

Buxeti Marchionatus à Pallavicinis ad Farnesios Parmæ duces transfertur. Nicolaus Ludovisius Plumbini Princeps 1634. post Appianos qui jure successionis exciderat.

Corrigium vetustis possessoribus ablatum à Cæsare, donatur Francisco Mutinæ Duci 1635.

Genuensis Respublica regiam coronam assumit 1637.

Pinarolium Galliæ Regi, Montis Ferrati pars Sabaudiæ Duci cedit 1637. Apuam vulgò *Pontremoli* Magnus Dux Etruriæ, à Ferdinando II. Emit, quam hic ab Hispanis emerat.

SERIES TERTIA

Romæ Vices, Pontificis Patrimonium & ditio à Christo nato ad annum 1698.

Saculum I. à 1. ad 100.

ROmæ sub Augusto numerata sunt civium capita quadragies centum millia,

hoc est, ut vulgò loquimur, quatuor millio-nes & 60. millia

Sub Claudio censa sunt sexaginta novem centena & quadraginta quatuor millla incolarum, hoc est septem feremilliones.

Triplici incendio hoc sæculo deformata est Roma, primo sub Claudio, secundo sub Nerone, tertio sub Tito.

Seculum II á 100. ad 200.

Opes Ecclesiæ Romanæ jam exterorum etiam Christianorum egestati sublevandæ sufficiebant, *Eusebius & alij apud* Baron:

Non moventia tantùm bona, verùm & prædia ac ampliſſima latifundia Possidebant Rom: Pontific. His alebantur Ecclesiæ ministri, & qui Martyrum acta describebant

Prædiorum possessionem ad Vrbani I Tempora differt Genebrardus, sed aliter visum Cardinali Baronio *an:* 157. *&* 387.

Secul. III. á 200. ad 300.

Antoninus Caracalla senatorum Principes fortunis exuit & vitâ.

Cum Senatus Gordianum à militibus dictum Imperatorem probasset, tanta inter Prætorianos Maximini sectatores, & populum Gordiani fautorem dissensio orta est, ut omnia cæde & incẽdio fædè cõplerentur.

Sub Philippo ingenti ludorum apparatu celebratur annus ab urbe condita millesimus, qui fuit à Christo nato 247.

Aucti

Aucti hoc sæculo Cardinalium tituli, auctas indicant Ecclesiæ opes.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Constantinus Basilicas, Lateranensem, Vaticanam & D. Pauli quas à fundamentis erexerat, aureis argenteisq; vasis magnificè exornatas, opulentissimis latifundijs ditat.

Eodem jubente ab Ecclesijs adiri hæreditates confessorum & Martyrum, quibus morientibus nullus supererat sanguinis propinquitate conjunctus, non tantum Ecclesiæ Romanæ, sed etiam aliarum opes mirum in modum augentur.

A filijs Constantini usque ad Honorium Urbem plerumque regebat Præfectus Imperatoris nomine.

Sæcul. V. à 400 ad 500.

Honorio Principe Romæ sedente, urbs, quæ Principem diu non viderat respirare videtur.

Alaricus 409. ab urbis obsidione auro repellitur: sed 410. eandem ex improviso adortus proditione capit. In tecta sævitum est, civibus temperatum, templis & vasis sacris intactis.

Ataulphus corradit quod prior clades reliquum fecerat.

Maximus inde Tyrannus urbem occupat,

pat, eoque interfecto Genſericus Vandalorum Rex 455.

Urbem iterum capit Ricimerus Gothus Anthemio Cæſari infenſus 471.

Theodoricus tandem, Odoacre per dolum cæſo, Italiâ & Româ potitur 493.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Beliſarius Romam civibus dedentibus de Gothis recipit 536.

Fruſtra oppugnatur à Vitige 537.

Totilas Gothorum Rex civibus fame propemodum enectis, urbem vi captam incendit, ſed incolis parcit, quibus tamen penè vacua facta eſt, aliis aliò dilabentibus

A Narſete recipitur 553.

Ampliſſimum fuiſſe hoc ævo Rom. Eccleſiæ patrimonium docent Epiſtolæ M. Gregorij, è quibus agnoſcuntur ingentes opes, & latifundia illius in Italia, Sicilia, Sardinia, Gallia, Dalmatia, Africa & alibi *Genebrard. & Sigonius.*

Roma per Ducem à Græco Cæſare, cui poſt Narſetis victorias parebat, miſſum regebatur.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Civilem tamen aliquam poteſtatem Romæ exercuiſſe D. Gregorium, liquet ex ejusdem Ep. lib. 5 ubi jure civitatis exteros donat.

Antequam Saraceni traiicerent in Hiſpaniam,

niam, eamq; subigerent armis, nobilissimũ Regnũ annuũ Ecclesiæ tributum solvebat.

Calvisius anno 700. scribit Baronij Annales ab Hispania fuisse proscriptos, quia hoc ausus est affirmare. Sed fuit is unicus tantùm tomus undecimus, aliam longè ob causam non probatus Hispanis.

Sæcul. VIII. à 700 ad 800.

Aripertus II. Longobardorum Rex Alpes Cottias Rom. Pontifici donat 704.

Romani, aliique Italiæ populi à Leonis Isauri, sacro anathemate percussi, Imperio abrupti, sponte Gregorio II, Rom. Pontifici parere incipiunt 730.

Pipinus Francorum Rex Exarchatum & Pentapolim Sedi Apostolicæ donat 755.

Carolus Magnus Pipini Patris donationem cumulat, adjectis Corsicâ, Sardiniâ, Siciliâ Benevento, Spoletino & Tusco Ducatu 774.

Anglia primo 740. mox pluries; Gallia 782, Romanæ Ecclesiæ fit vectigalis.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Ludovicus Pius Imperator avi Pipini & Caroli Patris donationes confirmat, easq; Romæ, aliarumque urbium & oppidorum accessione amplificat 815.

Salomon minoris Britanniæ Rex annuum dena-

denarium à singulis Regni sui familiis Romanæ Ecclesiæ solvi jubet 869.

Joannes VIII. Saracenis Urbi minitantibus tributum pendere cogitur 877.

Sæculo inclinante memorantur primò Tusculani Comites, per duo deinceps sæcula Romanis Pontificibus plerumq; infesti.

Sæcul. X. à 900. ad 1000.

Theodora mater, & mox filia Marotia, præpollentes formâ & opibus fœminæ, iis ad opprobrium Romanæ Sedis abutuntur.

Romani Alberico Maroziæ filio duce, veterem reipublicæ formam revocare nituntur 940.

Otho I. priorum Cæsarum donationes novo decreto sancit 962. sed mox in Romanos tumultuantes sævit 964.

Hungaria à S. Stephano Rege Romanæ Ecclesiæ oblata: 1000. Ptolomæi Comites in Latio & Romæ præpotentes.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

S. Henricus I. donata Romanæ Sedi à Pipino & Imperatoribus rata esse jubet, 1014. Idem Bambergam donat, mox ejus loco Beneventum restituit: 1019.

Romanæ Ecclesiæ vectigales sponte fiunt Polonia 1041. 1045. 1047. Dania 1062. Bohemia 1073. Sardinia & Russia 1075. Dalmatia & Croatia 1076.

Roma capta ab Henrico IV. sub Gregorio

rio VII. 1084. Apostolorum Petri & Pauli ædes direptæ.

Ptolomæus Comes, Petrus Columna, & Abbas Farfensis absente Paschali II. tumultum excitant 1109.

Sæcul XII. à 1100. ad 1200.

Mathildis Comitissa ditionem suam universam, Apostolo Petro moriens legat 1115.

Romani, Arnaldo de Brixia impellente, ab Innocentio II. desciscunt, Senatum restituunt, solam Pontifici Sacrorum administrationem relicturi Hæ turbæ deinde plures exercuêre Pontifices.

Lusitania sponte fit vectigalis Romano Pontifici 1141.

Innocentius III. Spoletum, Assisium, Picenum feliciter recipit.

Sæc: XIII. à 1200. ad 1300.

Joannes Rex Angliæ & Hiberniæ suprema jura in Romanum Pontificem transfert 1213.

Hoc & sequenti sæculo Senator urbis, vel Rex, vel è Regio plerumque sanguine eligebatur.

Insula Mona vectigalis Eccles: Rom: 1219.

Feretranus comitatus Eccl: R. relictus 1236.

Urbinum Friderico Feltrio à Cælestino V. 1240. Camerinum Gentili à Varano ab Alexandro IV. donatur 1261.

Fride-

Fridericus II. Cæsar Flaminiam & Æmiliam occupat 1241.

Picenum cæso Manfredo notho recuperatur à Clemente IV. 1266.

Rodulphus I. Restituit, quæ Fridericus rapuerat 1275.

Quido Feltrius I. Comes Urbini 1295. Traversariis aut pulsis, aut extinctis, Polentani Ravennæ dominatum usurpant 1300.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Romanis Pontificibus Avenione sedentibus, Joannes de Vico, Galeottus, Malatesta, Franciscus Ordelaffus, Gentilis de Moliano, & alij Sedis Apostolicæ Patrimonium lacerant; sed mox ab Ægidio Card: Albernotio legato pelluntur ab oppidis, quæ occupaverant.

Roma deformatur ac penè deseritur.

Sciarra Columna Romę rerũ arbiter 1329.

Romæ turbæ excitatæ per Nicolaum Laurentium 1347.

Ferraria cedit Atestinis 1320. Avenio emitur à Clemente VI. 1350.

Bononia Joanni Archiepiscopo Mediolanensi venditur à Pepulis 1350.

Malatestæ Ariminum & alia circum oppida tenent.

Urbanus V. abrogatis populi Rom: septẽviris, urbis regimẽ Banderesijs traditi 1367

Grego-

Gregorius XI. Romã reditu recreat. 1377.

Perusia occupatur à Briardo 1393. Recuperatur 1394.

Alexander Sfortia Pisauri Dominus 1400

Secul. XV. à 1400 ad 1500.

Bononia à Martino V. recuperatur 1420

Franciscus Sfortia Piceni Marchio à Pontifice dictus 1434. Assisium aliasque urbes occupat, sed pellitur ab Alphonso Aragonio 1442.

Valentinensis & Diensis Comitatus in Gallia à Ludovico XI. vel dati vel restituti Rom: Ecclesiæ 1460.

Borsius Atestinus ex Marchione Dux Ferrariæ à Paulo II. appellatus 1471.

Nicolaus Vitellius Tiphernj Principẽ agit, Fridericus Ubaldinus Dux Urbini 1478. Bononia à Bentivolis, Perusia occupatur à Brachto 1488.

Ferrerij Masserani Dynastæ 1490.

Cæsar Borgia Æmiliam. & Flaminiam ferè omnem Columnensium Ursinorum, Cajetanorum oppida, quà vi, quà fraude occupat.

Julius II. Borgiam raptis expoliat 1502.

Secul. XVI. à 1500 ad 1600.

Roborei post Ubaldinos Urbini Duces 1509. Julius II. Bentivol: pellit Bononiâ 1506

Roma vastata à Cæsareis 1527.

Ravenna, quæ fugatis Polentanis Venetis se ultro tradiderat ab his restituitur 1530.

Parma, & Placentia Petro Aloysio Farnesio à Paulo III. donatur, Camertes Apostolicæ Sedi redditi 1597.

Sæc: XVII à 1600 ad 1698.

Consentiente Duce Francisco Maria II. qui filium successurum amiserat, Urbanus VIII. Ducatum Urbinatem Apostolicæ Sedi restituit 1626

Urbanus VIII. Roboreis Urbini Ducibus 1631. extinctis, qui urbis præfecturam à Sixto IV gentili tenuerunt, Thadæo Barberinæ fratris filio eundem honorem ritu solenni confert, ad tertiam stirpem in ejus posteris natu majoribus permansurum.

Innocentius X. Castrensem Ducatum recuperat 1649.

SERIES QUARTA.

Reges Galliæ, & Regni illius vicissitudines.

FRancorum, sive Gallorum Regum seriem dare volenti, ea prorsus omittenda sunt quæ fabulosa, vel proxima fabulis habentur a peritissimis veritatis indagatori-

toribus. Hujusmodi autem censentur quæcunque ferme ante Meroveum, primæ stirpis auctorē, nullo antiquo teste producto, à multis traduntur.

Prima igitur Galliæ Regum familia à Meroveo nomen & originem traxit, dictaque proinde est Merovingiorum, ab anno 448. ad 751. & annis regnavit 304.

Secunda, quæ in Pipino cæpit, sive à Carolo Martello illius patre, sive à Carolo Magno, ejusdem filio cognomen adepta sit, est Carolinorum, & ab anno 752. ad 987. annos 236 regnum tenuit.

Tertia auctorem agnoscit Hugonem Capetum, Hugonis Magni Franciæ ac Parisiorum Ducis, & Aurelianorum Comitis filium, ab eo posteri Capetorum cognomento appellati, qui ab anno 987. ad hæc tempora annos jam 704. feliciter imperant. De duabus postremis Regum familiis egregiè Labbeus, juxta quem hæc series ordinatur. In primā stirpe describenda ea adducuntur, quæ elucubrata sunt à Godefrido, Henschenio, *in vita Sigeberti* Kal. *Feb: in exegesi pralim: 3 tom: April: & in Diatriba de Episc: Tugrensib. cap. 10. tom. 7. Maij.*

Secul. IV. à 300. ad 400.

Clogion Francorum Rex, à quo teste Gregorio Turonensi Meroveus originem

traxit, in castro Dispargi sedit apud Belgas. Id oppidum nunc Disthemium in Brabantia censetur.

Alij Dispargum malunt esse Tencterorum ad Rhenum urbem.

Sæcul. V. â 400. ad 500.

Priamum & Faramundum Reges, quos vulgò Meroveo præmittunt, nulli veterum memoratos, fictos omnino cum Henschenio, aliisque putamus.

MEROVINGII REGES.

Meroveus à 448. ad 456. regnavit an. 8.
Childericus I. fil. ad 480. an. 24.
Chlodoveus I. fil. ad 509. an. 30.

Primus iste Parisijs sedem fixit, & primus Christo nomen dedit, an. 475. ex voto quo se in Tolbiaca pugna obstrinxerat.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Quatuor Clodovei filii regnum partiti regnârunt.

Theodoricus I. Metis, Chlodomirus Aureliæ, Childebertus I. Parisijs, Cellotarius I. Suessione ad 561. annis 52

Filij Chlotarij regnant.

Charibertus Parisijs, Gunthraunus Aureliæ, Sigebertus Metis, Chilpericus I. Suessione ad 584. an: 23.

Chlotarius II. filius ad 630. an: 46.

Post

Post hos regni divisio meritò visa est importuna, ut quæ discordiarum & civilium bellorum semen evaderet.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Dagobertus I. à 638. an: 8 *Clarus bellis in Saxones.*

Reliqui Reges ad Childericum III. *degeneres latent, Regia domûs Præfectis, sive Majoribus omnia permittentes.*

Chlodoveus II. ad 656, an: 18.

Chlotarius III. ad 670.

Dagobertus II. S. Sigeberti Austrasij Regis filius, revocatur ex Hybernia in Galliam 661, occiditur anno 680.

Chilpericus II. ad 675. an: 5.

Theodoricus II. ad 693. an: 18.

Chlodoveus III. ad 698. an. 4.

Childebertus II. ad 711. ad 13.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Dagobertus III. ad 715. an: 41

Chilpericus II. ad 720. an: 4.

Theodoricus III ad 738. an. 17.

Interregnum 6 *annorum.*

Childericus III 751. an: 15.

Merovingiorum ultimus in monasterium detruditur cum filio Theodorico.

CAROLINI REGES.

Auctoritate Zachariæ Papæ succedunt 752.

Pippinus brevis ad 768. an: 16.
Carolus Magnus ad 814. an. 46.
Primus è Francis Imperator 800.

Seculum IX. â 800. ad 900.

Ludovicus Pius Imperator 840. an: 26.
Carolus Calvus Imper: ad 877. an. 38.
Ludovicus II Balbus ad 879. an. 2.
Boso comes coronatur Rex Burgundiæ, & Provinciæ. hinc Regnum Arelatense 879.
Andegavensium comitum origo 880.
Ludovicus III. 882.
Carolomannus cum fratre, & solus ad 884. an. 6.
Carolus II. Crassus Imp: ad 888. an. 6.
Regnare cæpit â morte Ludovici III.
Odo seu Eurdes tutoris nomine ad 898. annis 10.
Carolus III. Simplex ad 923. annis 25.

Secul. X. á 900. ad 1000.

Filius Ludovici II. *Lotharingiam recipit* 912
Robertus Othonis frater à *Gallis contra Carolum electus est* 922. *mox Carolo in Perona castro clauso.*
Rodulphus à 923. annis 13.
Ludovicus IV. Transmar: ad 954. an: 18.
Vocatus fuit ab Anglia, ideo transmarinus dictus.
Lotharius ad 986. an: 32.

Ludo-

Ludovicus V. ad 987. an. 1.

Lothario, Ludovici fratre rejecto, quia Germanis adhaserat, succedunt

CAPETI REGES.

Hugo Capetus ad 997. an. 10.

Robertus cum Patre ad 1031. an. 43. *Fuit inclytus* Religione.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Henricus I. ad 1060.

Rodulphus ignavus moriens, Burgundiam Conrado Germaniæ Regi donat 1032. in eo deficit Regnum Arelatense.

Philippus I. 1108 an. 48.

Initium Delphinorum Viennensium à Guigone Seniore VIII Gratianopolis Comite 1075.

Hanc postea Provinciam Humbertus II. Delphinorum postremus Philippo Valesio eâ lege vendidit ut Regis filius primo loco genitus Delphini nomen semper ferret. Genebrardus: alij autem scribunt donatã fuisse.

Sæc. XII à 1100. ad 1200.

Ludovicus VI. Crassus ad 1137. an. 29.

Hoc regnante obijt Ioannes de temporibus, quem aliqui scribunt vixisse annis 361.

Ludovicus VII Iunior ad 1180. ann. 44.

Ducta Eleonora Guiennam acquirit 1137.

Lilia, sive potiùs lilium scuto Francico primò inditum: alij deinde Reges scutum pluribus liliis conspersêre,

Philip-

Philippus Augustus ad 1223 an 44. hic regnandi laude illustris corona comitatus plures adjunxit.

Sæc: XIII. à 1200. ad 1300.

Ludovicus VIII. ad 1226 an. 3.

S. Ludovicus IX. ad 1270. an 44.

Carolus Andegavensis S. Ludovici filius uxoris jure, Provincia Comes, Raimundo Berengario Socero sine prole masculâ obeunte 1245

Robertus S. Ludovici filius tertio loco genitus ductâ Borbonij Ducis harede, cognomen in Regiam familiam, cum hareditate transfert.

Philippus III. Audax ad 1285. an. 15.

Philippus IV. Pulcher ad 1314 an. 29.

Tres hujus filii Regnum adepti, magnis afflicti cladibus, sine stirpe periêre.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Ludovicus X. Hutinus ad 1316. an. 2.

Lugdunum ex permutatione cum Episcopo, cui parebat, Regi cedit 1322.

Joannes filius vixit dies octo.

Philippus V. Longus ad 1322. an. 5.

Carolus IV Pulcher ad 1328. an. 7.

Philippus VI Valesius ad 1350. an 22.

Valesius, à Comitatûs titulo ante regnum adeptum dictus, cognomen posteris dedit.

Joannes II. ad 1364. an. 14.

Tolosa comitatus redit ad Regem 1361.

Carolus V. sapiens ad 1380. an. 16.

Caro-

Carolus VI. ad 1422. an. 42.
Rem Gallicam propemodum perdidit.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Carolus VII ad 1461. an 39.
Henricus VI. Anglus Caroli VI. ex filia nepos, adhuc bimulus Parisiis coronatur Gallia Rex, qui titulus adhuc ab Anglo Rege usurpatur.
Tria lilia in scuto Francico primò apparent
Normannia & Aquitania ad Regem redeunt 1450. 1451.
Ludovicus XI. ad 1483.
Burgundia Ducatus recuperatur 1476.
Carolus Meduanius Provincia Comes *sine prole moriens, Regem scribit haredem.*
Carolus VIII. ad 1498. an. 15.
Ludovicus XII. ad 1515. an. 17.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Britanniam minorem Regno adjungit ductâ Annâ Francisci II. Ducis hærede.
Franciscus I. ad 1547. an. 32.
Henricus II. ad 1559. an. 12.
Franciscus II. ad 1560. an. 1.
Carolus IX. ad 1574. an. 14.
Henricus III. ad 1589. an. 15.
Hugonotorum hæresis sub tribus posterioribus magnas excitat turbas.
Deficientibus in Henrico III. Valesijs, Borbonij succedunt, in Henrico IV. Contra quem Gallicorum Principum fœdus, Religionis sive can-

causâ, sive obtentu, initum: victor tamen & Catholicus factus regno potitur.

Henricus IV. ad 1610. an 21.

Fridericus Mauritius Turenius Dux Bullionis & Sedani Princeps 1591.

Ludovicus XIII. Justus ad 1643. an 33.

Rupella domita 1628. *hæresis opes fracta, Regnum firmatum, Pinarolium in Italia Francis additum* 1631.

Sedanum Bullionio Duci eripitur à Ludovico XIII *eâ tamen lege, ut honor & nomen Principatûs Duci, Posterisque servetur* 1641.

Ludovicus XIV. ab an. 1643.

Comitatus Burgundiæ bis expugnatus, & à Francis 1680.

Arausicanus Principatus ereptus Nassaviis, plures urbes in Belgio & Germania captæ, sed restitutæ vi pacis initæ Anno 1697. die 30. Octob. Argentinâ cum Alsatia reservatâ in Regis potestate.

SERIES QUINTA

Hispaniæ Reges à Christo nato ad annum 1698.

Seculum I. â 1. ad 100.

CHristo Humani generis reparatore nascente, penes Romanos fuit rerum Hispanicarum potestas Hi

Hi Cantabriæ novis motibus æſtuanti frænos injecêre præſidiis, per Provinciam diſpoſitis. *Mariana.*

Otho Cæſar Bæticæ præfecturæ Mauritaniam Tingitanam contribuit; *Idem.*

Sub Veſpaſiano, & Domitiano, Hiſpania in Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem Provincias primò diviſa eſt. *Idem.*

Sæculum II à 100. ad 200.

Duos hoc ſæculo Imperatores Romæ dedit Hiſpania: Trajanum patriâ Italium in Bætica natum, & Ælium Hadrianum, Trajani conterraneũ & conſanguineũ

Ælius Hadrianus Hiſpaniam in ſex provincias dividit, Bæticam, Luſitaniam, Carthaginenſem Tarraconenſem, Callaciam, Mauritaniam. *Eâ ſcilicet Africæ parte Hiſpaniæ contributâ.*

Sæculum III. à 200. ad 300.

Tetricus ſub Valeriano & Gallieno Hiſpaniam tenuit, in quam Germanica natio per Galliam inſuſa, totis duodecim annis urbes agroſque igne & ferro vaſtavit.

Marcus Aurelius Carus, imperio ſuſcepto Carinum filium in Gallia & Hiſpania curare mandavit. Eodemque tempore Marcus Aurelius in citeriore Hiſpania rem gerebat.

Sæc.

Sæcul. IV. à 400. ad 500.

Hiſpaniæ reguntur à quarto Legato Præfecti Prætorij Galliarum, ab anno 331.

Sequenti V. poſt Chriſtum natum ſæculo Suevi, Gothi, Alani, Silingi, Vandali Hiſpaniam invaſêre, ſed Alanis & Silingis eodem ſæculo extinctis, Vandalis fugatis Hiſpaniæ diviſæ fuêre inter Romanos, Suevos, & Gothos, de quibus agendum, quia illorum Reges in Caſtellanis adhuc perſeverant. *Mariana.*

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Initium Gothorum Regno dedit Ataulphus Alarius Regis affinis, qui relictâ Italiâ, Hiſpaniam petijt 415.

Ataulphus à 415. ad 416. an. 1.

Sigericus regnat menſes 7.

Vallia ad 429.

Vallia Regnante fugati Vandali, & deleta ſunt Alanorum reliquiæ.

Theodorus ad 451. an. 23.

Theoriſmundus ad 452. an. 1.

Theodoricus ad 467. an. 13.

Euricus ad 483. an. 17.

Romanos ex univerſa pellit Hiſpania.

Alaricus ad 507.

Sæcul VI à 500. ad 600.

Geleſaricus ad 511. an. 4.

Amy

Amalaricus ad 507. ad 531. an. 24.
Sub tutela Theodorici ad 526. mox solus.
Theudus seu Theuda ad 548. an. 17.
Theudegesillus ad 549. an. 1.
Agila ad 554. an. 5.
Athanagildus ad 568. an. 14.
Romanos auxiliares, quos Euricus ejecerat, vocat in Hispaniam.
Limba seu Linba I. ad 573. an. 5.
Leovigildus frater ad 586. an. 13.
Galliciam Suevorum Regnum armis occupat.
Flavius Reccaredus I. ad 601. an. 15.
Ab hoc Flavij cognomentum tulêre Castella Reges usque ad Mauros.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Limba seu Linba II. ad 603. an. 2.
Vitterícus ad 610. an. 7.
Gundemarus ad 612. an. 2.
Sisebutus ad 621. an. 8.
Reccaredus 621. menses 3.
Suintilla & Ricimerus ad 631. an. 10.
Sisenandus ad 636 an. 5.
Chintila ad 640 an. 4.
Tulga ad 642. an 2.
Chindosvindus ad 649. an. 6.
Recisvindus ad 672. an. 23.
Bamba ad 680. an. 8.
Ervigius ad 687. an. 7.
Ægica ad 701. an. 14.

Sæcul. VIII. à 700 ad 800.

Vitiza ad 711. an. 10.
Rodericus ad 712. an. 2.
Mauri an. 713. Hispaniâ subactâ, rem Gothicam in plura regna distrahunt.
Pelagius à 717. ad 737. an. 20.
E Regio sanguine regnat Overi in Asturia.
Garzias Aynsa Rex Suprarbiensis 724.
Legionense Regnum 727.
Favila ad 739. an. 2.
Alphonsus I. Catholicus ad 757. an. 18.
Froila ad 768 an 11.
Aurelius ad 774. an. 6.
Silo ad 783. an. 9.
Maurogatus ad 789. an. 6.
Mauris annuum puellarum tributū pendit.
Veremundus Diaconus ad 791. an 3.
Alphonsus II. Castus ad 842 an 52.
Dictus Castus quia abstinens ab uxore.

Sæcul. IX. a 800 ad 900.

Castella Comes Owetensi Regi parebat.
Emecus I. Navarræ Rex 819.
Ramirus I. ad 850. an 8.
Ordonius 866 an. 16.
Garzias II. ductâ Vrac Navarræ Regnō Aragoniam jungit 867
Alphonsus III. Magnus ad 910 an 44.
Godefridus ab Aria Comes Barcinonensis à Carolo Crasso institutus.

Sal.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Sanctius Abarca VII. Navarræ, I. Aragoniæ Rex.

Garzias ad 913. an. 3.

Ordonius II. ad 922. an. 9.

Sedem Oveto Legionem transtulit, dictusque est Legionensis.

Froila II. ad 625. an. 2.

Alphonsus IV. ad 928. an. 3.

Ramirus II. ad 950. an. 22.

Castellæ Comitem liberum esse jubet ob æs alienum, cui solvendo par non erat.

Ordonius III. ad 955. an. 5.

Sanctius Crassus ad 967. an. 12.

Ramirus III. ad 985 an. 18.

Veremundus II. ad 999. an. 15.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Alphonsus V. 1027. an. 28.

Sanctius III. Navarræ & Aragoniæ Rex & Comes Castellæ ducta Nunnâ Sanctii filiâ.

Veremundus III. ad 1037. an. 10.

Ramirus I Aragoniæ solius Rex.

Ferdinandus Magnus ad 1065.

Sanctius II. fortis ad 1072. an. 7.

Garzias cum fratre ad 1067. an. 2.

Alphonsus VI. ad 1109. ad 36

Toletum recipit 1085. eoque Sedem transfert.

Henricus Burgundus à Regio Gallorum

ſanguine ductâ Thereſiâ Alphonſi Regis filiâ, *dicitur Comes Luſitaniæ, quam Mauris ademerat* 1080.

Sæcul. XII. à 1100. *ad* 1200.

Alphonſus VII. Alphonſi VI. nepos, ex Uraceâ ejuſdem filia ad 1126. an. 17.

Alphonſus VIII. ad 1157, an. 31.

Alphonſus Henrici Comitis filius. Primus Luſitaniæ Rex ab exercitu ſalutatur 1139. *confirmatur ab Alexandro III.* 1172.

Sanctius III. ad 1159. an. 1.

Ferdinandus II. ad 1188. an. 31.

Alphonſo Comite Barcinonis ad Aragoniæ Regnum vocato, Catalaunia jungitur Aragoniæ 11628

Alphonſus IX. ad 1214. an. 26.

Sæc. XIII à 1200. *ad* 1300.

Henricus I. ad 1319. an. 3.

Alvarus Lara Comes turbas excitat.

Ferdinandus Sanctus filius Alphonſi Legionenſis ad 1252.

Alphonſo patre extincto, Legionenſe Regnum Caſtellano addit 1230.

Cordubam Hiſpalim aliaque oppida Mauris eripit, Regium Caſtellæ Senatum inſtituit. Regnũ Granatenſe recuperat 1237.

Alphonſus X. Sapiens ad 1284. an. 32.

Carthaginem, Silvam, Pacium de Mauris recipit.

Sancti-

Sanctius IV. Strenuus ad 1295. an. 11.

Regit fratris primogeniti filijs, Alphonso, & Ferdinando dejectis.

Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.

Ferdinandus IV. ad 1312. an. 27.

Alphonsus XI. Justitiarius ad 1350. an. 38.

Bello clarus Mauros cladibus attrivit.

Dissidijs civilibus lacerata Respublica.

Petrus crudelis ad 1369. an. 19.

à fratre notho victus & interfectus crudelitatis pœnas dedit

Henricus II. Petri frater ad 1379. an. 10.

Post Henricum II. Gusmanæ filium, ex Ordine S. Dominici conscientiæ moderatores eligunt Castellæ Reges.

Joannes I. ad 1390. an. 12.

Henricus III. ad 1407. an. 16.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Henrici III. Frater Ferdinandus *jure matris* Eleonoræ 1410. Martino obeunte Regnum *Aragoniæ adeptus est.*

Joannes II. ad 1454. an. 47.

Henricus IV. ad 1474. an. 20.

Turba orta in Castella, alijs Ioanna Henrici Filia, *alijs Isabella, ejusdem sororis, regnô successionem deferentibus ad an:* 1479.

Ferdinandus Catholicus Aragonum Rex *jure Isabellæ uxoris ad* 1506.

Hic Aragoniam & Castellam jungit, &

huic, sive primò datus, sive restitutus est Catholici *titulus à Iulio* II.

Filia ejus Ioanna nupsit Philippo Austriaco, & hinc Austriaci facti Reges in Hispania.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

AUSTRIACI REGES IN HISPANIA.

Philippus I. Austriacus 1306. Vix uno anno regnavit. *Castella magnis motibus agitatur.*

Ferdinandus iterum ad 1516 an. 10.

Ioannâ impare ob mentis defectum, regnat, & Navarram occupat 1513.

Carolus V. Imperator, Hispaniæ I. ad 1556. an. 40.

Philippus II. ad 1598. an. 42.

Nemo fortasse ab orbe condito latiùs imperavit. Madriti sedem fixit, & Henrico Rege obeunte, Lusitaniâ potitus est 1580.

Philippus III. ad 1621. an. 23.

Sæc. XVII a 1600 ad 1698

Philippus IV. ad 1665.

Lusitani Bragantiæ Ducem Ioannem Regem eligunt 1640.

Catalaunicæ turbæ 1640.

Neapolitanæ turbæ 1647.

Carolus II ab anno 1665.

Pater moriens matri optimæ Mariæ Annæ, simulque sex consiliario, Carolo impubere, regnum administrandum reliquit,

SERI-

SERIES SEXTA.

Variorum Regnorum, & Principatuum per Europam initia, à Christo nato ad annum 1698.

Saeculum I. à 1 ab 100.

THraciæ Regũ Tacitus & alij meminêre.

In Germania Maroboduus ab Arminio victus pellitur. *Tacitus.*

Britanniæ, Hiberniæ, Daniæ, Norvegiæ, Sueciæ, Reges, hoc sæculo à Neotericis memorantur.

Metellanus Scotorum Rex, Christo nascente secundum regni annum numerabat.

Corbredus cognomento Galdus, sive Galgacus Scotorum Rex, *ut est apud Tacitum in vita Agricolæ.*

Sacul. II. â 100. ad 200.

Trajanus victo Decebalo Dacorum regno finem imponit 106.

Scotorum Reges hoc sæculo numerantur, Luctacus, Mogaldus, Conarus, Ethodius, Satraël & Donaldus I.

Gothi sive ex Scandia sive ex Getarum regionibus erumpentes, multis afflictis Provinciis, ad utramque Visurgis ripam, sedes figunt, 184.

Gothor

Gothorum nomen supra quadringentos ante Christum natum annos auditum fuisse scribit Trithemius.

Secul. III. à 200. ad 300.

Gothi Thraciam populantur, & post Decij cladem an. 251. plures occupant Romani Imperij Provincias, sæculis 3. 4. §. 6.

Quadi & Sarmatæ per Gallieni ignaviam Pannoniâ potiuntur.

Dania sub eodem Gallieno Romanum jugum excutit, nunquam amplius subitura.

Probus Bastarnarum centum millibus ad præsidium contra barbaros in Thracia sedes assignat 281.

Carantius sive Carausius Scotus Romanis victis Rex Britannorum appellatur 290 *Lesæus in Hist. Scot.*

Secul. IV. à 300. ad 400.

Rausimundus Rex Sarmatarum à Constantino cæditur 319.

Eugenius I. Scotorum Rex moritur.

Romani rerum in Scotia potiuntur.

Incipit interregnum 386.

Fritigildis Marcomannorum Regi maritum ad Romanorum obsequium adducit.

Alaricus Gothis Imperat 381. circiter.

Hunni sub Balamiro & Mundifico Attilæ patre 382.

Van-

Vandali ad Vistulæ ripas sub Modigi filo seu Gondigisilo circa an: 382.

Secul. V. â 400. ad 500.

Fergusius II. Scotorum regnum à Romanis eversum instaurat 410.

Burgundiones à Rheno ad Occidentem solem progressi regioni, quam occupârunt sub Honorio Imperatore nomen fecêre.

Attila Rex Hunnorum, & Buda frater, Hungarorum regno dant initium an. 442. *ab aliis Bleda dictus.*

Caba Attilæ filius cum Hunnis fugatur ab Arderico Cepidarum Rege 454.

Angli, Saxonum gens, à Britannis adversùs Pictos, Scotosque acciti, post fractam horum audaciam, Britanniam subjêcere, eamque in septem regna partitam Angliam appellantes, tenuerunt ad annum 1617.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Theodo Algisolphingus Dux I. Bavariæ 508.

Avarius Hunnorum Rex Norici partem quã bello domuerat, Bavariã appellat 525.

Selavi Austriam occupant 522. mox Illyricum 587.

Langobardi Pannoniam occupant 549.

Garibaldus I. Rex Bojariæ sive Bavariæ 568

Bul-

Bulgari gens hactenus ignota à Borealibus finibus egressa, Misiâ potitur. Polonici Principatus initia per Lechum, gentis Sclavum circa an. 600.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Garibaldus II. iterum Dux Bojariæ 607.

Zeccus Sclavus I. Bohemiæ Dux anno ferme 649.

Bulgari Pannoniam & Thraciam occupant propeannum 680.

Extinctis Lecci Posteris in Polonia anno fere 700. XII. Palatinis, quos populi elegerant, in tyrannidem prolabentibus creatur Dux I. Cracus, à quo Cracovia nomen invenit.

Ragusa quæ post dirutam à Saracenis veterem Epidaurum à Polymiro Belo Bossinorum Rege condita fuerat, liberæ urbis more à propriis magistratibus regi cæpit. *Tubero lib. 5.*

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Post Cracum II. & Lecchum Craci I. filios Vanda imperat in Polonia usque ad 760. Post Vandam XII iterum Palatini, quibus tres Lecchi succedunt, ac deinde postremi filius Popietus.

Hunni reduces iterum Pannoniâ potiuntur 744.

Caro-

Carolus Magnus victo Vitisoni Bavariæ Duci Tassilonem II. Substituit; mox hunc rebellem in monasterium detrudit, ac ipse Regem se Bavariæ dicit 788.

Flandria antea inculta fit comitatus 792

Biornus III. Christianorum I, In Suevia Rex 800.

Seculum IX â800 ad 900.

Carolus Magnus Saxonibus victis Witikindum Ducem imponit 824.

Egebertus Angliæ universæ Rex I. moritur 837.

Sivardus II. Daniæ Rex à Ludovico Pio Frisiam accipit.

In Polonia post interregnum 20. annorum eligitur Piastus Dux gentis 842.

Pictorum gens universa cum regno deleta à Kennero Scotorum Rege 850.

Austrasia à Lothario Rege Lotharingia dicitur 900.

Polemon Dux I. Lithuaniæ 900.

Ingo Svecorum Rex Ruthenos & Moschos suæ ditionis facit 900.

Ragusei pulso Demejano tyranno, Venetorum ope, ab his per aliquot annos prætorem annuum admittunt. *Tubero lib. 5.*

Sacul. X. â 900. ad 1000.

Marchiones Custodiendis Regionum finibus, Burgravii juri dicendo inducti.

Bava-

Bavaria iterum Ducatus 911.

Sigebertus I. Marchio Brandenburgicus 927.

Leopoldus Austriæ Marchio I. 932.

Misniæ Marchio ab Henrico Aucupe institutus.

Hermannus I. Luneburgi Dux diciturab Othone I. 960.

Sigefridus Ardennensis I. Comes Luxemburgi.

Imperium Moscoviticum 990.

Svetonius Daniæ Rex Sueciam acquirit 998.

Sarraceni Cretâ Insulâ ejecti, per Basilium & Constantinum Imperatores.

Sæcul. XI. à 1000 ad 1100.

Sabaudiæ comitatus per Beroldum Saxonem incipit 1000.

Dani occupant Angliam 1016. Rege I. Canuto Magno.

Boleslaus I. cognomento Chrobri ex Duce Rex I. Poloniæ, Henrico I. Imperat.

Gwilhelmus Nortmanniæ Dux hæres à à S. Eduardo dictus, pulso Heraldo Dano, Angliam subigit 1066.

Bavaria transit ad Atestinos in Welphone Actii filio 1070.

Polonia ob cædem S. Stanislai Cracovienſis privatur Regis titulo 1079.

Uladislaus II. per Henricum II. Rex primus

mus Bohemiæ 1087.

Bullionis Ducatus 1096. venditus Leodiensi Episcopo à Gothofredo Lotharingiæ Duce.

Sæc. XII. à 1100. ad 1200.

Sigefridus è Duce Lotharingiæ Mosellanicæ Primus Comes Palatinus 1101.

Hermannus è Ducibus Zeringiæ I. Marchio Badensis sub Henrico IV 1120.

Welphonibus sive Atestinis Austriaci in Bavaria succedunt 1138.

Albertus Ursus Princeps Anhaltinus, Marchio Brandeburgicus 1142.

Austriæ ex Marchione Dux 1154.

Regnum Hiberniæ paret Anglis 1162.

Otho I. Witelspachius 1162. post Atestinos Dux Bavariæ, in quâ ejus posteri imperant.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Valdemarus II. Primus Danorum & Vandalorum simul Rex 1203.

Nerius sive Rainerus Acciajolus, Achajæ Princeps, Athenarum Dux.

Otho Parvus è gente Atestina I. Dux Brunsuicensis & Luneburgensis 1230.

Ducatus Brabantiæ ex Lovaniensi Comitatu 1247.

Eduardus I. ab Henrico III Patre, pri-

mus è Primogenitis Regum Anglorum dictus Walliæ Princeps, cæſo Leoſino 1154.

Chios à Michaële Paleologo donata Genuenſibus 1260.

Islandi Naquino Norwegiæ Regi ſponte ſe tradunt 1265.

Auſtria, Stiria, Tyrolis, & Carinthia, Rodulphi Imperatoris familiæ cedunt 1282. moxq; etiam Burgundia & Bohemia.

Primislaus Polonus regium nomen repetit 1295.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Nicolaus Acciajolus Magn: Reg: Neapolit: Senescallus Corinthi Dynaſta.

Dux Geldriæ ex Comite 1306.

Libertatis Helveticæ tabulæ 1315.

Albertus ſub Carolo IV. Dux I. Megalopolitanus.

Franciſcus Cataluſius Patr: Genevenſis Lesbi Princeps 1350.

Caſimiro Magno Piaſtorum poſtremo extincto, eligitur à Polonis Ludovicus Rex Hungariæ 1370.

Robertus II. primus è Stuartorum ſanguine regnat in Scotia 1370.

Juſtiniani Genuenſes Patritij inſulâ Chio donantur à Joanne IX. Paleologo 1374.

Jagello, poſtea è ſacro fonte dictus Uladislaus V. ductâ Hedvvige Rex Polonorum

1386.

Sæc.

Secul. XV. â 1400. ad 1500.

Dania, Suecia, Norvegia uni Regi fere ſemper parent. Ab an. 1396. uſq; ad an. 1523.

Amedeus VIII. ex Comite Dux I. Sabaudiæ à Sigiſmundo Cæſare dicitur 1416

Adolphus Dux I. Cliviæ 1417.

Fridericus Burgravius Norinbergæ à Sigiſmundo Cæſare 1417 donatur Marchiâ Brandeburgicâ, quam poſteri tenent.

Rhætorum fæderatio cæpta 1424, ſtabilitur 1471.

Norvegia hæreditario jure obnoxia Daniæ, ab anno 1448.

Ducatûs Witembergenſis initia 1470

Navarræ regnum 1483 tranſit ad Albertos, Franciſco Phœbo ſine prole obeunte.

Secul. XVI. à 1500. ad 1600.

Suecia ſeparatur à Dania, electo in Regem Guſtavo 1523.

Hungaria & Bohemia tranſeunt ad Auſtriacos 1526.

Cœptâ Rhodo Melita Hieroſolymitanis equitibus dono datur, à Carolo V. 1530.

Navarræ jura Antonio Borbonio cedunt 1553.

Batavica defectio ab Hiſpanis 1572 ex quâ nova potensque reſpublica deficiente

in Sigismundo Augusto virili Iagellorum stirpe 1572.

Primò Henricus Gallus, mox Stephanus Battoreus, inde Sigismundus Suecus à Polonis eligitur 1587. hujus diadema Suecicum rapiturà patruo Carolo 1589.

Sæcul. V. â 1600 ad 1698.

Jacobus Scotiæ Rex VI. post obitum Elisabethæ Reginæ Magnæ Britañiæ & Hiberniæ I. an: 1603.

Bavariæ Dux adnumeratur Septemviris Electoribus 1625.

Provinciæ fœderatæ in Belgio ab Hispanis liberæ declarantur 1648.

Britannia 1649. ex regno fit respublica sub Tyranno Cromvelo, restituitur Carolo II. Regi, an. 1660.

Abdicante Christinâ Sueciæ Regnum Carolo Palatino cedit 1655.

Casimiro II. è Suecâ Vasarum familia postremo abdicante, an 1668. Michaël Coributus an. 1669. Poloniæ Rex eligitur, eoque obeunte anno 1673. Joannes Sobieski prudentiâ & bellicâ gloriâ clarissimus.

Veneti Cæsari & Polono fœderati Peloponesum de Turcis feliciter recipiunt.

Anglia deficit à Jacobo II. Rege ad Auriacum Principem anno 1689. Scotia aliquam-

quamdiu nutat, mox cedit, Hibernia bello subigitur 1691.

Joanni Sobieski defuncto Poloniæ Regi anno 1697. successit Fridericus Augustus Dux & Elector Saxoniæ, pluribus Polonicæ nobilitatis suffragiis die 17. Julij electus, & coronatus, frustra Principe de Condy cum assecliis, Gallicæ factionis, æmulis viribus contrà nitentibus.

SERIES SEPTIMA

Regna & Vicissitudines Regnorum extra Europam à Christo nato ad annum 1698.

Saculum I. à 1 ad 100.

HErodes Ascalonita moritur anno 12 Christi nati. Filij ejus Archelaus Judeæ Rex, Herodes Antipas Galileæ, Philippus Itureæ Tetrarchæ ab Augusto dicuntur an 2.

Archelaus an 6. relegatur.

Judeæ Procuratores constituuntur.

Herodes Agrippa I, primò per Caligulam Galileæ Rex an 38, mox & Judeæ per Claudium an: 41.

Agrippa II. succedit an. 43.

Hoc mortuo Judea iterum Procuratoribus committitur

Parthorum, Æthiopum, Arabum, Armenorum, Cappadocum Reges à vetuſtis ſcriptoribus, Sinarum à Neotericis nominantur.

Saculum II. à 100. ad 200.

Pacoro apud Parthos regnante, bellis civilibus eorum opes atteruntur, facili igitur negotio ſub Coſroë II. à Trajano victi ſunt.

Trajanus victum Coſroëm II. in ordinem redigit, Parthiſque Partamaſpatem imponit 112. ſed eo à popularibus pulſo, Coſroes redit, à quo cum Hadriano formata pax.

Aſſyria, Meſopotamia & Armenia revocatis ab Hadriano, qui eas liberas eſſe voluit, præſidibus, Reges eligunt 119.

Saculum III. á 200. ad 300.

Abagarus Oſroenorum ſive Edeſſæ Rex dolo captus à Caracalla 216.

Non eſt hic ille Abagarus, ad quem Chriſtus litteras dediſſe fertur. Abagarus, ſive Abgarus fuit nomen commune omnibus Edeſſæ Regibus.

Zenobia Palmyrenorum Regina Syriâ potitur & Phæniciâ.

Alexander Severus Hebræos à Præfecto, qui Syrus Archiſynagogus diceretur, regi patitur 224.

Artaxerxes ter victo Artabano, Parthorum Rege, regnum transfert ad Perſas 227.

Sæ-

Sæcul. IV. à 400. ad 500.

Extinctâ apud Sinas Hanâ, quæ plura sæcula imperium tenuerat, regnat Cyna familia 264.

Servi Sarmatarum Dominos ex Sarmatia expellunt, eâque potiuntur 334.

Hannibalianus Constantini Magni ex fratre nepos ab eodē Rex Ponti dicitur 335.

Imperij Romani finibus ab ortu ad Indos, à meridie ad Æthiopes, ab Aquilone ad Sarmatas, ab occasu ad Oceanum Britannicum, propagatis, plurima regna in Asia, Africa & Europa extinguuntur. Sapor II. Hormisdæ II. filius Persarum Rex, Romanis infestus, opes Persicas auget, potitur Armaniâ 368.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Isdegerdes hujus nominis I. apud Persas, cui Arcadius moriens filij Theodosij tutelam permisit 408.

Usai familia apud Sinas regnat 419.

Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus à Castino Valentiniani Duce læsus, ab eo deficit, & Africâ occupatâ Vandalos Albanosque in eam evocat ex Hispania; sic Africa facta est Vandalorum ditionis 427.

Colchorum sive Lazorum Reges in Asia hoc sæculo memorantur.

Sæc.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Saraceni populi ex Iſmaele originem, à Sara Abrahami conjuge nomẽ trahentes, ex Arabia erumpunt in Syriam, Paleſtinam & Phæniciam hoc ſæculo ineunte.

Turcæ, ut liquet ex Plinio Scytharum populi è Portis Caſpiis Armeniam & Cappadociam invadunt 516.

Beliſarius victo & capto Gillimere Regno Vandalorum in Africa finem imponit 533.

Africa in ſeptem Provincias diviſa & Imperio ſubjecta 534.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Heutay apud Sinas diviſo regno dominantur 628

Mahonetes primò ſervus, mox Vates, deinde Dux exercitûs in Arabia moritur 631

Huic ſuccedit Abukam & poſt eum Omar ſive Haomar, qui Perſidem ſubigit, mox Syriam & Ægyptum.

Hic primus dictus eſt Calipha.

Abderamus I. Miramolinus in Mauritania Tingitana fugâ evaſerat cum aſſeclis Abdallæ Caliphæ Damaſceni interempti.

Miramolinus idem eſt ac Princeps, ſeu caput fidelium.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Ulit Saracenicæ dominationis fines latiùs

tiùs extendit, & Imperii ſedem iterum figit Damaſci.

Saracenis Haly ſectatoribus impellentibus, Mauroſores Chorazani dominos occidunt, Marvanum Calipham cædunt. 752.

Inde, ſub Muhamad Abubalas, Saracenorum Imperium in tres partes dividitur, quarum primam Abubalas tenuit in Perſide, Salim Ægypto præfuit, & Abdalla Syriæ.

Hinc ſtirps Bilæ apud Perſas celebris.

Arrakid Bila, ſive Aaron, Carolo Magno amicus.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Abuezar Maracem inter Saracenos illuſtris, utpote qui octo Regibus domitis, Principes eorum urbes victor expugnavit.

Creta à Saracenis occupatur. 822.

Jacub Leys celebris apud Saracenos Perſas regit. *Poſt hunc diu ſilet Perſarum hiſtoria.*

Celeberrimi erant hoc ſæculo Babylonius, ſeu Baldacenſis, & Ægyptius Calipha.

Hæc Arabicâ voce, quæ Succeſſorem, vel hæredem ſignificat, nempè Machometis, primò appellatus eſt ſupremus Saracenorum Princeps, mox & alii minores.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Muſtaphi ſive Muſtapha Babyloniorum Calipha, ſive Amiras victo Ægyptio, totum

tum fere Saracenorum Imperium sibi subjicit 908.

Calecuti apud Indos sedem habere cœpit Saracenus Amiras 909.

Sunga familia apud Sinas regnare incipit 923.

Persarum Reges Daules, & Boytes è stirpe Darij Hystaspis à 936.

Historia Persica iterum deficit.

Ingas Peruvianos Cuschi sedentes ab hoc sæculo numerant Americani.

Secul. XI. à 1000 ad 1100.

Turcæ initio sæculi Persis infesti, mox ab eorum Calipha sub quo meruerunt, desciscentes, & Saracenis debellatis Tangrolipice Duce, eorum sectam cum regno suscipiunt 1038.

Turcæ dividuntur in Orientales & Occidentales 1060.

Hierosolyma expugnatâ Cruce signati, ejus regnum Gothofredo Bullionio, cujus potissimùm virtute receptam esse constabat, omnium consensu deferunt 1099.

Antiochia Boëmundo, Edessa Balduino Galilæa Tancredo cesserunt.

Secul. XII. à 1100, ad 1200.

Corasini in Persida 1139

Noradinus è Turcis Occidentalibus Syriam occupat 1143.

Salachinus è Turcis Occidentalibus Ægypto potitur 1178.

Eruptio Tartarorum & plures per eos provinciæ Septentrionis occupatæ 1168.

Cypri regnum jure permutatum in Hierosolymitanum 1191.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Alexius Comnenus Trapezuntini Imperij fundamenta jecit 1203.

Captâ Constantinopoli Balduinus Imperator, Venetis Cretam, Jonij, & Ægei maris insulas, Bonifacio Montisferratensi Thessaliæ regnum, alijs alia præmia virtutis attribuit. 1204.

Chingiscamus Tartarus, Choraſmiis domitis regnat in Persida 1227. & post eum Zagathay, sive Hallon.

Mamelucchi in Ægypto regnant 1245.

Tartari Sinas occupant 1278.

Alatino Sultanorum Iconij ultimo extincto 1290. Turcarum regnum in septem Dynastias dividitur.

Cassanus Tartarus 40. Saracenorum millibus in Syria cum Sultano Ægyptio profligatis redit in Persidem 1292.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Othomanus Ortoguli filius domitis alijs Turcarum Dynastis Prusam, magnamque Asiæ partem subigit 1301.

Man-

Mansit deinde omnibus Turcarum Regibus Othomani cognomen.

Gempsa I. Parthorum Sultanus, victo Carbantare Tartaro, potitur Persida ab anno 1350. ad 1390.

Talminga familia pulsis Tartaris regnat apud Sinas 1368. *Martinius.*

Tamerlanes Tartarus 1391. fugatis Parthis suos reducit in Persidem.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

A duobus Tamerlanis filijs Mogolis & Samarchandæ regna initium habent 1406

Gempsa II. victis Tamerlanis filijs, Parthos iterum Persis imponit 1407.

Usumcassanus I. Turcarum, potitur Persida 1458.

Mehemetes II. Trapezunte, universâque Chalcide armis domitâ Trapezuntinum imperium evertit.

Lusitani Brasiliam Americi Vespucij industriâ lustratam armis occupant.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Ismaël Sophi Turcas pellit è Persida, eamque sibi subigit 1501.

Ameter Saracenus Monachus assumpto Seriphii nomine, Fessæ, Marochii, & aliæ Mauritaniæ regna occupat, mox victo Tomumbejo Mameluchorum, in Ægypto, regno finem imponit 1517.

Mexi-

Mexicum per Corteſium ſubigit Caſtellanus 1519. & Petrus Pazzarus Peruviâ potitur 1525.

Lomellini Genuenſes Patritij Tabracæ inſulæ ad Africæ oram Domini fiunt an. 1540

Arabia felix à Solimanno occupatur 1570.

Sæc: XVII. à 1600 ad 1698

Abdemelechus Marochij & Feſſæ regna ſuæ ditionis facit 1575.

Batavi in Oriente magnas inſulas, & plures Regulos armis ſubigunt.

Bufferius & Xequus Marochi & Feſſæ regis filij, Hametis Patris regna dividunt 1603.

Tartari ex familia Ta Scinga Sinarum regno potiuntur 1644.

Batavi à Luſitanis Braſiliâ expulſi 1654.

Taſilettus Feſſæ & Marochi regna iterum jungit.

Æthiopum Reges nunquam interruptâ ſerie, adhuc perſeverant, omnium fortaſſe antiquiſſimi.

SERIES OCTAVA.

Bella memorabiliora à Chriſto nato ad 1698.

Sæculum I. à 1 ad 100.

AUguſtus Imperator ducibus Tiberio, & mox Germanico, rem Romanam in

Dalmatia, Sarmatia, Pannonia & Germaniâ prosperè gerit.

Corbulo sub Nerone Parthos & Armenos bello domat.

Hebræi ob Flori Procuratoris latrocinia & cædes à Romanis deficiunt, & hinc à Vespasiano & Tito ducibus Romanorum bello durissimè premuntur, & extinguũtur.

Agricola Dux Romanus sub Domitiano per Britanniam & Hiberniam arma circumfert, & plerumque feliciter: *Tacitus in vita.*

Sæcul. II. â 100. ad 200.

Trajanus in Decebalum Dacorum Regem, ac postmodũ in Scythas bellũ movet.

Idem Trajanus Judæos in Cypro rebelles armis persequitur, mox contra Parthos felici, contra Arabes infelici Marte contendit. Rebelles iterum Judæos bello plectit Hadrianus.

Lucius Verus contra Parthos, Marcus Aurelius contra Marcomannos, bellum feliciter gerunt.

Sæcul. III. â 200. ad 300.

Picti & Scoti mutuis cladibus atteruntur.

Imperatores Septimius Severus & Caracalla in Parthos & Britannos fausto successu bellum integrant.

Artaxerxes Persarum Rex post victum Ara-

Arabanum infeliciter movet in Romanos, à quibus ejusdem successores plerumque hoc sæculo victi.

Contra Gothos hactenus Romanis ignotos pugnant Gordianus, Decius, & Claudius II.

Sub Diocletiano & collegis Cæsaribus, Asia, Africa, Sarmatia & Anglia in Europa bellis arsêre.

Secul. IV. à 300. ad 400.

Romanorum Cæsarum bella civilia sub Constantino ejusque filiis.

Julianus in Gallia & Germania bellũ habet.

Denuo cum Persis sub Sapore II. 350. diuturnum & atrox bellum, quo fractæ Romani Impe: vires.

Iterum bella civilia inter Romanos sive tyrannos.

Romani pluries cum Hunnis, Alemannis, Gothis fere semper, victores signa contulêre.

Secul. V. à 400. ad 500.

Gothi sub Radagisio, Alarico, Araulpho, & Theodorico Regibus latè per Europam arma circumferunt.

Attila Hunnorum Rex, Dei flagellum cum 800. armatorum millibus, Illyrico, & Thraciæ, Mæsiæ, Daciæ, Macedoniæ,

Theſſaliæ, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, bellum ſeu potius vaſtitatē infert.

Odoacer Herulorum Rex, Italiam armis petit.

Franci ſub Meroveo contra Gallos, Vandalos, Gothos, ſub Clodoveo, contra Germanos & Viſigothos bella gerunt.

Saracenorum nomen incipit armis in Aſia clareſcere anno circiter 500.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Juſtinianus Beliſario Duce Perſas in Aſia, Vandalos in Africa bello & cladibus atterit.

Eodem Beliſario & Narſete ducibus Gothos in Aſia profligat.

Langobardicum nomen Italicis bellis inclareſcit.

Scoti & Picti cum Arturo Britannorum Rege ſæpè confligunt.

Perſæ ſub Cavade, Coſroë I. & Hormiſda III. Imperatoribus variâ fortunâ decertant.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Coſroës II. Rex Perſarum fædè lacerat Rom: Impe: ſub Phoca. Mox ab Heraclio pluribus cladibus atteritur.

Saraceni circa 637. latè per Aſiam victores ſub Heraclio & Conſtantino filio.

Saraceni inter Halys & Mahometis aſſeclas diviſi, bellum civile gerunt.

Angliæ

Angliæ populorũ bella narrantur à Beda

Dagobertus I. Francorum Rex bellum habet cum Sclavis, 622. & 623.

Orientis Cæsares à Constantino Pogonato & Michaële Paphlagon: cum Bulgaris per sex fere sæcula aut bellum, aut suspectam pacem habuêre.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Saraceni occupant Hispaniã an: 713. inde bella adversus eos Pelagii, Alphonsi I. Froilęi. Veremundi I. Alphonsi Casti Regũ, integro fere sæculo & plerumq; prosperè gesta.

In Gallia bella civilia Carolo Martello victore, mox ejusdem, contra Saracenos.

Pipini contra Saxones, Aquitanos & Longobardos bella.

Caroli Magni contra Longobardos in Italia, contra Saracenos in Hispania, & Saxones in Germania, arma felicia. *Commentitia autem videntur ea, quæ de rebus contra Anglos gestis circumferuntur.*

Sæcul. IX. a 800. ad 900.

Dani Anglis molesti in Britannia.

Carolus Magnus bellum Saxonicum conficit, quod annos 33. duraverat. Græci Cæsares contra Bulgaros bella gerunt variâ fortunâ.

In Francia & Germania bellum civile filiorum contra Ludovicum Pium, & postea inter se.

Nortmanni egressi è Dania an: 836. Galliam invadunt,

Saraceni in Italia & Hispania bellis furunt

Bella de Imperio certantium in Italia usque ad Othonem I. Imperatorem.

Sæculum X. à 900 ad 1000

Hungari, Germaniam, Italiam, Galliam populantur.

Nicephori Phocæ de Persis victoria sub Romano juniore.

Orientis Imperatores bellum habent cum Saracenis, Ruthenis & Bulgaris. Saraceni in Italia adversâ plerumque fortunâ pugnant.

Rodulphi, Burgundi, Hugonis Arelatensis Regis, & trium Othonum in Italia bellum inter se, nec non contra Græcos & Saracenos.

Turcæ vel in fine hujus, vel initio sequentis sæculi, Persas bello vexant.

Sæcul. XI. à 1000 ad 1100.

Germanorum Cæsarum bella in Italia, pro Rom. Pontificis & Imperij dignitate, & in Hungaria, pro defensione Regum.

Nortmannorum in Italia, mox in Græcia & Sicilia arma felicia.

Græci Cæsares contra Bulgaros feliciter,

ter, infeliciter cum Nortmannis & Turcis bellum gerunt.

Belli Semina inter Genuenſes & Piſanos 1050. cum hi partẽ Corſicæ illis ademiſſent.

Subactâ per Guilhelmum Nortmannum Angliâ, Galliæ Regi Philippo I. natus eſt æmulus, bellumque quod primò Francos & Anglos colliſit 1077.

Hiſpani contra Mauros arma proſperè tractant.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Genuenſes & Piſani de dando Corſicæ Epiſcopo contendentes, in bellum ruunt, quod ingenti animorum armorumque contentione, multos per annos vario eventu geſtum eſt.

Græci Cæſares, cum Turcis Scythis, Serviis, Hungaris bella gerunt.

Eleonora Quinenſis à Ludovico VII. Galliæ Rege repudiata, fecundi, ejuſdemque atrociſſimi belli inter Gallos & Anglos initium fecit 1152.

Turcarum Noradini, & Saladini bella, quibus Syriam & Ægyptum domuêre.

Sæc. XIII à 1200. ad 1300.

In Anglia bella civilia inter Eboracenſes, & Lancaſtrenſes Duces, ſub *Albæ, rubraque roſæ* nomine, quibus poſt 30. prælia trium Regum & plurimorum Principum

cipum cædes Henricus II. Angliæ Rex anno 5485. finem imposuit.

Tartarorum contra Persas & Saracenos toto fere sæculo bella prosperè gesta.

Fridericus II Cæsar bello plerumque inglorio, Guelforum & Gibellinorum factionibus revocatis, ab anno 1234. ad 1250. fædum in modum Italiam lacerat.

Secul. XIV. à 1300. ad 1400.

Bellum Anglo-Gallicum tertium, quo Gallia tantùm non periit, per annos ferme ducentos oritur 1336.

Bellum inter Venetos & Genuenses, per plura lustra, vario eventu gestum, cæpit anno 1350.

Rodulphus bellum cum Ottocaro Bohemo, Helvetiis, & Burgundis feliciter gerit.

Sicilia (post crudeles Vesperas) à Petro Aragonio occupatâ, illorum jacta sunt inter Gallos & Hispanos bellorum semina, quæ sopita sæpius, nunquam extincta post tria sæcula adhuc experimur.

Secul. XV. à 1400. ad 1500.

Florentini cum Pisanis, Veneti cum Mediolanis Ducibus, Andegavenses cum Aragonijs armis decertantes, Italiã deformãt.

Angli cælitùs priùs ab Aurelianensi puella

ella fracti, mox à Carolo VII. Rege pluries victi, totâ fere Galliâ pelluntur.

Ferdinandus Granatâ per vim potitur, Maurorum in Hiſpania regnũ exſcindit 1485

Tamerlanis in Aſia Turcarum Regum Amurathis II, Mahometis II, & Bajazethis item II, in Aſia, Græcia & Pannonia bella memorantur.

Sæc. XVI. â 1500 ad 1600.

Caroli V. Impe. cum Gallis, cum Turcis, cum Mauris, cum Germanis Proteſtantibus bella vario eventu.

Bellum Belgicum atroci contentione gerendum oritur anno 1576.

Galli in Italia priùs, mox inter ſe, civilibus armis contendunt.

Henricus VIII. Angliæ, & Jacobus IV. Scotiæ Reges, Poloni & Moſchi bello decertant.

Turcæ in Aſia contra Perſas, in Africa contra Ægyptios, in Europa contra Hungaros, Marte plerumque felici belligerant.

Sæc. XVII. â 1600 ad 1698.

Germani Cæſares contra perduelles, & Suecos in Germania, contra Turcas in Hungaria, Gallorum Reges contra Calvinianos in Gallia, contra Hiſpanos in Hiſpania, Italia & Belgio, Poloni cum Coſacchis

sacchis, Suecis, Moschis, Tartari, Turcæ cum Persis Moschis, Polonis, Hungaris bellum gerunt.

Sinæ à Tartaris domiti 1644. post bellum 20. ferme annorum.

Hungaricos tumultus, Teckelio incentore, sequutum est bellum Turcicum in Hungaria & Græcia 1683.

Ab anno 1688. magnâ Europæ parte in Gallos confœderatâ, Christiana Respublica bellico arsit incendio, usque ad exitum anni 1698. quo Pax composita, Gallos inter & Confœderatos.

SERIES NONA.

Prælia & Præliorum eventus celeberrimi à Christo nato ad 1698.

Sæcul. I. à 1. ad 100.

LEgiones Romanæ sub Q. Varrone à Germanis cæsæ, novies. *Hac clades Augusto expressit lacrymas.*

Domitius Corbulo fugato Tiridate Armeniæ Rege, capta Artaxata comburit, & delet sub Nerone.

Suetonius Paulinus cæsis 80. Britannorum millibus Monam occupat 61.

Subacta est à Tito Hierosolyma, ubi undecies centena mortalium millia fame, aut gladio

gladio periêre, centum millia publicè vendita anno 70.

Sæculum II. à 100. ad 200.

Trajanus gemina, sed cruentâ victoriâ, intra IV. & V. Consulatum bellum Dacicum conficit.

Hadrianus Hebræos rebellantes maximis cladibus obterit.

Luc: Verus victo Vologese Parthorum Rege Parthicus appellatur 162.

Marcus Aurelius Antoninus Christianæ Legionis beneficio de Marcomannis triumphat 173.

Septimius Severus triennali obsidione Byzantium circumsidet 195.

Sæculum III. á 200. ad 300.

Alexander Severus insigni de Artaxerxe Persa victoriâ relatâ Romæ triũphat a. 234.

Gordianos Gothos, Sarmatas, Germanosq; Thraciã incursantes acie delet. a 239.

Decius Imper: grandi clade à Gothis acceptâ fugiens mergitur in palude.

Valerianus Imper. à Sapore Persa victus & captus an. 260.

Cæsa scribuntur à Claudio II. pluribus prælijs CCCXV Gothorum millia, navium duo millia submersa.

Aurelianus ter devictis acie Gothis servat Italiam 271.

Sæcul IV. à 300. ad 400.

Constantius 60. Alemannorum millia cædit in Gallia, an. 301.

Constantinus Magnus Maxentium ad Pontem Milvium, cœlo per Crucem ostentam, favente, profligat an. 312. Licinium primo an. 315. Mox iterum an. 324. Vincit Sarmatas an. 319. Gothos an. 332. cædit.

Prælium ad Mursam inter Constantium & Magnentium an. 351.

Sapor Persarum Rex, victo Constantio Constantinopolim pervadit an. 363.

Theodosius I. Eugenium & Arbogastem tyrannum, cælo ac tempestate favente, victor opprimit an. 394.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Celebre ad Pollentiam Prælium inter Stiliconem & Alaricum 402.

Rhadagaisus Rex cum 200 Gothorum millibus ad Fesulas victus 405.

Franci Modogisilum cum 20. Vandalorum millibus profligant 405.

Theodoricus Hispano, Meroveo, Franco, & Aëtio cum Attila ad Arelatem confligentibus utrinque ad 180. mortalium millia unâ die cæduntur 451

Ricamerus Alanos in Italia insigni clade atterit an. 464

Clodoveus similiter Alemannos in Gallia anno 469.

Sæc.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Alaricus Gothus manu Clodovei cadit, & exercitus strage immensâ afficitur an. 507.

Arturus Britonum Rex anno 520. ad Badonis montem Saxones ingenti prælio profligat.

Justinianus per Belisarium Vandalos atterit an: 535.

Narses Totilam ad busta Gallorum profligat 552.

Justiniani copiæ ad Phasim à Persis fractæ 554.

Bucelinus prælio ad Capuam à Narsete vincitur 555.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Cosroës II. Persarum Rex, cùm plures imperij provincias fædè laceràsset, Carthaginem expugnat 614.

Heraclius Cosroëm pluribus victoriis exultantem divinitus debellat 622.

Saraceni Constantinopolim obsidentes à Christianis profligantur 674.

Constantinus Pogonatus per imprudentiam fædam accipit à Bulgaris cladem 684.

Tiberius II. Cæsis 200. Saracenorum millibus, feliciter auspicatur imperium 698.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Saracenis cum Roderico Hispano con-

fligentibus 700. hominum millia utrinque cadunt 713.

Cum Solimanno Saraceno 300. hominum millia fruſtra Conſtantinopolim tentant 715.

A Carolo Martello Franciæ Principe Saracenorum 375. millia uno prælio cæſa ſunt an: 732.

Carolus Magnus Saxones immenſis cladibus afficit.

Saracenorum 700. millia ab Alphonſo Caſto mactata pluribus prælijs.

Saculum IX. â800. ad 900.

Pipinus Caroli Magni filius Venetorum priùs victor, mox ab eiſdem victus Ravennam migrat inglorius 811.

Celeberrima apud Scotos Regis Kennethi victoria, quâ Pictorum gens cum Rege Druskeno ad Taum fluvium penè deleta.

Ramirus I. Legionis Rex, cæſis ad Clavigium ſexaginta Maurorum millibus, Alveldam, & Calagurrim ipſis eripit an. 846.

Arnulphus Germaniæ Rex Romam diu fruſtra oppugnatam, per occaſionem leporis, fortè in eam fugientis, capit. *Sigebertus & alij.*

Saculum X. à 900. ad 1000.

Saraceni arce Gariliani pulſi cæduntur anno 915.

Crema-

Cremată per Hugonem Italiæ Regem classe, Saraceui deseruntFraxinetũ an 931.

Henricus Auceps voto nuncupato, Hungaros prælio victos penè delet 933.

Ramirus II. Rex Legionensis Mauros ad Septimancos triginta millibus cæsis profligat 934.

Petrus Ursеolus Dux Venetus insignem de Saracenis victoriam refert 976.

De eisdem Saracenis egregiè triumphat Veremundus Rex Hispaniæ 998.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Quadraginta nobiles Nortmanni Hierosolymis reduces Salernum ab obsidione Saracenorum liberant an. 1002.

Maniaces Michaëlis Paphlagonis in Sicilia Dux, unico prælio 50. Saracenorum millia cædit 1040.

Sexcenta Scytharum millia precibus Constantini Ducis & populi, divinitus fusa 1065.

Itali Victore III. Rom. Pontif: impellente, Africam sub vexillo S. Petri aggressi centũ Saracenorũ millia interficiunt 1087.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Calojoannes Imp: nobilem de Scythis victoriam reportat 1123.

Ægypti apud Ascalonem tantâ clade

affecti à Dominico Michaële Veneto, ut mare ad duo milliaria sanguine Cæsorum rubesceret 1124.

Alphonsi I. Lusitani Régis Orichiensis de Ismaro, & quatuor aliis Maurisregibus, victoria celeberrima 1137. *Hist. Lusit.*

Idem Alphonsus & filius Sancius I. innumerabiles Maurorum copias cum Marochiorum Imperatore, & tredecim simul Regibus, ad Scalabim cædunt 1183. *Ibidem.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Theodorus Lascarus parvâ manu ingentes Turcarum copias delet, Sultano obtruncato 1209.

Miramolinus cognomento viridis cum 600. Saracenorum millibns profligatur à Regibus, Alphonso Castellæ, Petro Aragoniæ, Sancio Navarræ 1212.

Octingenti Cruce signati Duce Simone Monfortio Tolosanorum & Aragonum centum millia fundunt 1213.

Pugna Bovienfis, in qua à Philippo Augusto Galliæ Rege victi, Otho Cæsar, Joannes Anglus, Ferdinandus Flander, qui certi propemodum victoriæ, catenas captivis vinciendis attulerant, an. 1214.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Philippus Pulcher Galliæ Rex gravem passus

passus est jacturam in pugna ad Curtracum an: 1302. ubi temeritate Roberti Atrebatum Comitis flos Gallicæ nobilitatis à Flandris excisus est.

Alphonsus XI. Castellæ Rex 450. Saracenorum millia cædit, viginti duntaxat è suis desideratis an: 1340.

Clades Gallorum per Anglos ad Cressiacum 1346.

Veneti à Genuensibus (quos pacem flagitantes rejecerant) ad sapientiam insulam gravi clade funduntur 1354.

Pugna Pictaviensis inter Anglos & Gallos horum clade funestissimâ 1356.

Petrus Auria Genuensis classis præfectus Venetos pacem orantes, propositis durissimis ad desperationem adigit, mox ipse fame ad deditionem compellitur 1379.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Tamerlanes Tartarus ductis duodecies centenis militum millibus Bajazetem Turcam profligat cæsis 140. millibus an. 1402.

Classis Hispana vivæ calcis beneficio à Genuensi victa, captique duo Reges Aragoniæ & Navarræ 1435. *Blondus.*

Uladislaus Poloniæ & Hungariæ Rex ad Varnam pugnans cum Amurathe obtruncatur à Turcis, perit etiam Julian: Cardin: Cælar; Legatus an: 1444.

Joannes Hunniades, Stephanus Vaivoda, & Battoreus celebres de Turcis victorias referunt.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Jacobus IV. Scotiæ Rex, & flos nobilitatis ad Flondonium montem cæsus ab Anglis, Duce Thoma Hanwarto 1513.

Rhodus à Solimanno Turca in deditionem accepta est an: 1522.

Vienna à Solimanno frustra obsidetur anno 1526.

Sophi Turcarũ 400. millia cædit an. 1557.

Gallorum magna clades ad S. Quintinum an. 1557.

Moschus Turcarũ 600. millia delet 1560

Melita à Turcis obsessa sed fortissimè defensa an. 1565.

Insignis victoria Christianorum de Turcis ad Echinadas 1571.

Sebastianus Lusitaniæ Rex in Africa pugnans cum flore regni perit 1578.

Parisij ab Alexandro Farnesio liberati an° 1590.

Antuerpia ab eodem capta 1595.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1698

Ostenda expugnatur à Spinula 1621.

Celebris de Osmane Turca Polonorum ad Chocimum victoria 1621.

Rupel.

Rupella à Ludovico XIII expugnata 1628
Sueci ad Nörtlingē victi ab Anstriacis 1634
Casimirus Polonus Tartaros memorabili clade cædit 1669. & Joannes Sobieski, postea Rex, Turcas ad Chocimum an 1672
Turci, Viennâ ingentibus copiis frustra oppugnatâ à Christiano exercitu ingenti damno repulsi anno 1683.
Buda de Turcis recepta 1686. Belgradum Maximiliani Emmanuelis Bavari virtute fortiter expugnatum an. 1689. sed anno sequenti iterum amissum.

SERIES DECIMA,

Belli Duces nobiliores à Christo nato ad 1698.

Saeculum I. à 1. *ad* 100.

SEntius Saturninus & Valerius Messala Augusto Imperante.
Germanicus Cæsar Drusi filius.
Arminius Cheruscorum Princeps.
Tacfarinas Numida cum Romanis variâ fortunâ congressus.
Mutianus & Antonius Vespasiani affectæ.
Agricola Historici Taciti socer, rebus in Britannia gestis nobilis.
Trajanus bello clarus, & mox Imperator.

Gal-

Galgacus Scotus cum Agricola siniſtro plerumque Marte congreſſus, quamvis ſemper fortis.

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Artemon Judæorum in Cypro rebellantium Dux, à quo ducenta & quadraginta hominum millia obtruncata 114.

Andreas Hebræorum Dux in Ægypto.

Barchochebus Judæorum Dux.

Placidus, poſtea S. Euſtachius dictus, Dux ſub Trajano inſignis.

Julius Severus ſub Hadriano.

Septimius Severus adeò felix, ut nullo congreſſu victor non diſceſſerit.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Aurelius & Claudius Duces ſub Gallieno, deinde tyranni.

Zenobia Palmyrenorum Regina, ſæpe victrix, tandem victa.

Odenatus Zenobiæ maritus.

Carantias ſive Corauſtus Scotus, à quo victi Romani an. 287.

S. Mauritius Dux Thebeæ Legionis.

Fincomarchus Scotorum Rex qui victis Romanis Octavium Britanniæ Regem profugum reſtituit *Leslæus*.

Sæcul IV. à 300. ad 400.

Antemius poſtea martyr ſub Juliano.

Gala-

Gallicanus Dux & Consul mox martyr.

Jovinus Magister equitum sub Valentiniano. II.

Sapor II. Persarum Rex jussu Patris in utero matris coronatus, postea bello fortissimus, & Romanis formidandus.

Theodoricus Hispanus Imperatoris cognominis pater.

Artaburius pater, & Asper filius, Aspebetus Persa, Christo tandem addictus.

Terentius Dux maximus sub Valentiniano

Arbogastes Comes, mox proditor 394.

Secul. V. â 400. ad 500.

Stilico gente Vandalus Cos. & Dux egregius, postea proditor sub Arcadio & Honorio.

Fergusius II. Rex Scotorũ bello inclytus.

Attila Rex Hunnorum Dei flagellum.

Aëtius Patritius & Romani Imperij columen singulari consilio ac virtute, cum Meroveo Francorum Rege Attilæ impetum repellit & avertit.

Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus, sed Africæ demum tyrannus.

Aurelius Ambrosius Brito, vir & morum probitate & bellicis victorijs admirandus, Clodoveus Francorum Rex bello & pietate celeberrimus.

Secul. VI. à 500. ad 600.

Elesbaanus Æthiopum Rex, victorijs & religione insignis.

Toti-

Totilas Gothorum Rex fortis, & aliquando felix, sed postea victus à Narsete, Belisarius & Narses Justiniani duces celeberrimi.

Joannes, qui opibus à Justiniano, spoliatus, vitam mendicando sustentavit. *Et hinc fortasse nota de Belisario fabula ortũ duxit.*

Priscus & Philippicus sub Mauritio.

Arturus Anglorum Rex, nobile fabularum argumentum, cujus orbicularis mensa, & ensis calibinus celebrantur.

Mummolius Patritius, & comes Antisiodorensis.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Trebellius Dux Bulgarorum fortissimus.

Cosroës Persarum Rex illatis Romano Imperio cladibus celebris, sed tandem ab Heraclio victus, & à filio cæsus.

Rotharis Longobardorum Rex victoriis & aucto regno nobilis.

Omar Arabum Rex, seu melius Calipha à Machomete tertius.

Halys à Mahomete V, successu elatus, Mahomete major dici credique voluit. Ex eo Saraceni in duas sectas divisi.

Bamba Hispaniæ Rex armis, & pietate insignis.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Carolus Martellus Caroli Magni avus, cui

cui ob res pro fide feliciter gestas, à Gregorio III. Christianis: titulus datus est.

Pipinus Caroli Magni Pater, Galliæ Rex fortissimus.

Carolus verè Magnus Imper: & bellator.

Rolandus, quem Itali corruptâ voce Orlandum appellant, sub Carolo Magno.

Pelagius è Regio Gothorum sanguine Cantabri Comitis filius, Hispaniæ restitutor

Azer, cujus virtute Aragones, Maurorum jugum excussêre.

Alphonsus Castus Rex Ovetensis.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Enechus cognomento, Arista belli, operibus ingens I. Navarræ Rex.

Bonifacius Comes è progenitoribus Mathildis Comitissæ, rebus in Corsica gestis inclytus.

Regnerus Rex amorum & rerum gestarum similitudine Danorum Hercules.

Robertus fortis sui sæculi Machabæus apud Gallos 866.

Vido II. Spoleti Dux & Imperator.

Andreas Romani exercitûs Dux, à quo Saracenî ad Padum cæsi anno 886:

Atto, seu Actius Mathildis Comit: Proavus bello per ea tempora clarissimus *Florent.*

Sæcul. X. à 900. ad 1000.

Ferdinandus Consalvus Castellæ comes, Maurorum malleus. Alphon-

Alphonsus Castellæ Rex verè Magnus.
Vitzereus Suecus sub Olao I.
Almansor Saracenorum Dux inclytus.
Petrus Venetorum Dux bello clarus.
Conradus Franco mox Germaniæ Rex.
Joannes Zemisces Græcus Imperator.
Ezelinus Germanus Onaræ Dynasta.
Grimaldus I. Monæci Princeps non minùs armis quàm sanguine nobilis,
Ericus VII. Suecorum Rex cognomento Segerselius, clarus victoriis.

Sæc. XI. à 1000. ad 1100.

Gregorius Maniaces sub Michaële Paphlagone 1040.
Constantinus Monomachus ante adeptum imperium belli gloriâ nobilis.
Robertus & Rogericus in Italia Nortmannorum ductores & Principes bellicâ virtute laudatissimi.
Gothofredus Bullionius Dux, Hercules Christianus.
Raimundus Comes Tolosanus, & Boëmundus Nortmannus cum Tancredo Bullionij in sacra expeditione socij.
Huna Anglorum bellicosissimus.
Rodericus Didaci, vulgo Cid, apud Hispanos celeberrimus 1099.
Robertus Wiscardus Nortmannorum Dux fortissimus.

Sæc.

Secul. XII. à 1100. ad 1200.

Henricus cognomento Leo, Dux Brunſuicenſis è gente Ateſtinâ.

Guilhelmus Dux Aquitaniæ ſtrenuiſſimus.

Dominicus Michaël Venetorum Dux.

Jaconellinus de Mayli, quem Saraceni S. Georgium, & Chriſtianorum propugnaculum appellabant.

Rainaldus Marchio Ateſtinus 1177.

Sanctius I. Luſitan: Rex nobilibus victoriis celeberrimus contra propinquos Maurorum Reges egregiè rem geſſit.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Simon Comes Monfortius bellicâ laude & pietate clariſſimus.

Nicolaus Spinula, Anſaldus, & Andreolus Marij ſub Friderico II. Cæſare.

Actius IX. Ateſtinus Italiæ & Eccleſiæ propugnaculum.

Matthæus Montmorantius Mars Gallic:

Guilhelmus Vallaſæus Scotiæ columen.

Alphonſus Peretz Guſmanus Tariſſæ præfectus.

Faricata de Ubertis Florentinus:

Ezelinus à Romano Patavij tyrannus.

Ubertus Auria, Lambas Auria Genuenſium claſſium præfecti celebres.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Robertus Bruſæus Scotorũ Rex inclytus.

Amedeus V. Sabaud. Comes Rhodo à Turcis liberatâ clariſſimus.

Amedeus VI. Sabaud. Italiæ Achilles.

Matthæus Gripho Florentinorũ ductor.

Hilarion Græcus Monachus, Luchinus, Vermius à Petrarcha laudatus.

Paganus Auria victoriis illuſtris.

Canis Scaliger pater, Maſtinus filius. Petrus Rubeus Parmenſis Venet: ductor.

Huguccio Faggivola, Caſtruccius Caſtracanus.

Ægidius Cardin. Albernotius, Petrus Farneſius.

Joannes Acutus Anglus rebus in Italia geſtis clarus.

Sæcul. XV. à 1400 ad 1500.

Paulus Sabellus, Paulus Urſinus, Joannes Ziſca.

Joanna Darcia vulgo puella Aurelianenſis, Nicolaus III. Ateſtinus, Joan: Franciſcus Gonzaga.

Albertus Brandeburgicus Achilles & Ulyſſes à Pio II. dictus Blaſius Axeretus, Genuenſis. Albericus, Agidar: Cunij comes.

Erachius à Montone, Jacobus Caldora, Muti-

Mutius, Attendolus cognomento Sfortia, Franciscus Carmaniola, Joannes Cardin. Vitelleschus.

Matthias Corvinus, Joannes Hunniades, Stephanus Waivoda, Castriotus, vulgò Scanderbechus, Stephanus Battoreus.

Fridericus Ubaldinus, Erasmus vulgò Gattamelata.

Robertus, Antonius & Virginius Ursini proceres.

Petrus Navarra, Consalvus vulgò Dux Magnus.

Nicolaus Camillus, Paulus & Vitellotius Vitellij.

Robertus Sanseverinus. Pandulphus, Sigismundus, & Robertus Malatestæ.

Sec. XVI. à 1500 ad 1600.

Campson Gaurus Ægyptius, Joannes Medice, Gasto Fuxius, Jacobus Trivultius, Bartholomæus Livianus, Ludovicus Gonzaga vulgo Rodomontius, Prosper, Fabricius, Marcus Antonius Salerni Princeps, Stephanus, Marcus Antonius Paliani Dux, clarissima gentis Columniæ lumina.

Thomas Hauvartus Anglus.

Petrus de Terrail Balardus, Alphonsus Albuquercius, Villerius Rhodius.

Ferdinandus Cortesius, Andreas Grittus. Guido Rangonius.

Joannes Baptista Sabellus, Andreas Au-

ria memoratissimus, Antonius de Leva.

Marchio Vasthij & Marchio Piscarię Avali.

Joan: Jacob: Mediceus Marchio Marinian.

Emmanuel Philibertus Sabaud. Ferdinandus Toletanus. Petrus Strozi, Camillus Ursinus.

Alexander & Chiappinus Vitellij, Cæsar Neapolitanus, Joannes Austrius.

Franciscus & Henricus à Lotharingia Guisiæ Duces. Alexander Farnesius Dux Parmæ, Zamoscius Polonus.

Georgius Basta, Martinus Schenchius, Petrus Ernestus Mansfeldius, Christophorus Mondragonius.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1698.

Mauritius Nassovius, Carolus Emmanuel Sabaudus, Ambrosius Marchio Spinula, Ladiguerius Galliæ Comestabilis.

Carolus Comes Buquoius, Torquatus de Comitibus, Forcia, & Toirasius Marescalli, Gustavus Rex Sueciæ, Walsteinius, Tyllius, Poppenaimius, Bernardus Weimarus, Joannes Wertius, Uladislaus IV. Polonus, Andreas Cantelmus Comes Arcurtius, Chiupertius Visirius, Vicecomes Turenius Marescallus. Marchio Montecuculus, Armandus Princeps Condæus.

Carolus V. Dux Lotharingiæ Christianorum Columen, Turcarum terror.

Viventes adhuc Bellatores & Belli Duces, nostri

nostri temporis quamvis maximis pares, memorare non libet, ob causas quas prudenti Lectori facilè occurrent.

SERIES UNDECIMA.

Casus tragici & calamitates publicæ à Christo nato usque ad annum 1698.

Secul. I. à 1. ad 100.

Fidenis ruente amphitheatro triginta hominum millia obtrita sunt. an. 27.

Sejanus à Tiberio accusatus unco in Tiberim trahitur 32.

Herodes Agrippa Rex populi acclamatione supra hominum fastigium elatus, manifesta divini Numinis irâ, fœdâ vermium tabe conficitur.

Fames dira Romæ, & in Italia, imò per totum fere terrarum orbem, 42.

Quatuor Imperatores populi Romani Nero, Galba, Otto, Vitellius intra biennium per ludibrium periêre.

Secul. II. à 100. ad 200.

Hadrianus post summam vitæ felicitatem, gravi & diuturno morbo implicitus, expertus est, quàm miserum esset, cupientem mori non posse 138.

Incendium Romæ, quo absumuntur 340 Insulæ an. 152.

Pacis templum, cum universis Hierosolymitani templi spoliis, illic à Vespasiano repositis, igne absumuntur 193.

Severus supra quadraginta Consulares, & Prætorianos, Fescennij & Abbini sectatores, occidi jubet. 209.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Antoninus Caracalla impotens iræ Alexandrinorum dicacitatem ingenti eorum strage vindicat.

Decium altero Principatûs anno, clade à Gothis acceptâ, fugientem obvia palus haurit.

Roma magnam partem nocturnis ignibus accensa, an. 249. itemque amphitheatrum an. 254. Et templum Dianæ Ephesinæ 263.

Valerianus à Sapore Persarum Rege captus 259. miserabili apud hostes senectute consenescit, ac tandem excoriatus sale conditur.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Galerij Maximiani horrenda mors anno 311. & Diocletiani an. 316.

Lues, fames & omnis generis, calamitates exundant.

Constantinus Crispum filium Faustæ no-

verc

vercæ crimine falsò circumventum supplicii afficit 326.

Ablavius dictus fortunæ pila ruit 337.

Fames post hominum memoriam atrocissima, tum alibi tum in Cappadocia 367.

Valens in Tugurio crematur à Gothis, eosdem quos contra Catholicos foverat, cælestis iræ ministros expertus.

Sæcul. V. â 400. ad 500.

Aëtius Romani Imper: columen Valentiniani Impe: manu cadit 454.

Maximus Imperat: lapidibus obrutus & discerptus 455.

Universi orbis opes à Vandalis direptæ, furente mari absorptæ 455.

Coflagrat Constantinopoli bibliotheca librorũ millia centena vicena continens 476

Zeno Imperator vivus sepultus, obstante Ariadnâ non extractus miserè perijt 491.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Anastasius Imp: fulmine perit 518.

In Italia matres præ fame natos devorârunt an. 539. *Genebrardus.*

Pestis per malos Angelos immissa 544. annis 50. vexat orbem terrarum.

Chramaus à Clotario Patre intra tugurium cum uxore & filiabus incensus 564.

Belisarius Constantinopoli obijt inglorius 565.

Post Tiberis inundationem atrox lues

urbem

urbem invasit, in qua plures alioquin bene valentes, sternutando, & oscitando animam efflabant.

Romilda publicè palo infixa, à Cajano, cujus amore capta, post mariti mortem Forum-Julium prodiderat, 600.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Cajanus Avarum Rex captivos innumeros mactat, quod eos Mauritius Imperator viritim quatuor siliquis redimere noluisset 602.

Mauritius Augustus à Phoca post conjugem & liberos ante oculos ejus trucidatos, jugulatur 602. non alius Augustus aut majorem cladem, aut fortiùs unquam tulit.

Phocæ, superbiam in miseria retinentis, collum pedibus calcat Heraclius.

Brunichildis decem Regum trucidatrix equinis caudis alligata discerpitur.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Aripertus Longobardorum Rex ingenti acceptâ ab hostibus clade fugiens in trajectu amnis, auro degravatus mergitur 712.

Artemius in Sicilia dictus Imperator crematur 718.

Pestis sævissima in Thracia viciniisque provinciis furit.

Copronymi classis navium 2660. fluctibus hausta an: 732.

Con-

Constantinus Pseudo-Patriarcha C. P. inter opprobria trucidatur 767.

Constantinus Imper: ab Irene matre excæcatur 797.

Secul. IX. à 800. ad 900.

Bernardus Italiæ Rex jussu patris Ludovici Pij excæcatus præ mærore obit 818.

Horrenda fer locustas Galliæ depopulatio, quam consecuta est pestis tertiæ partis hominum exitio 876.

Bardas Cæsar jussu Michaëlis Imperat: in frusta conciditur 866.

Basilius Macedo cervi cornibus transfossus, effusis intestinis efflavit animã 886.

Carolus Crassus regio nomine exutus, Arnulpho fratris filio in tutelam datus, ab eo victum emendicabat.

Arnulphus veneno stolidus effectus, à Phthiriasi consumptus perit.

Secul. X. á 900. ad 1000.

Genua à Saracenis capta: In ea omnes præter pueros & fœminas occiduntur 936

Otho II. Italicis proceribus Romæ ad convivium invitatis, inter epulas de seditiosis pœnas cæteris inspectantibus sumit. Hinc sanguinarij cognomentũ Othoni factũ.

Idem immensæ classis acceptâ strage, vix natando evadens mærore perit 983.

Pestis atrociissima in Germania, post hyemale frigus mediâ æstate sæviens an: 991.

Sæc.

Secul. XI. à 1000. ad 1100.

Crescentij Nomentani olim uxor Othonem II. Chirothecis veneno infectis pro munere amatorio ad eum missis extinguit 1002.

Basilius Imperator 15. Bulgarorum captivorum millibus effodi oculos jubet, unico singulis centenarijs luscо duce relicto.

Dani per Angliam uno impetu ex condicto cæsi 1011.

Locustis & fame vexati Cappadoces, Armeni & Paphlagones solum vertere coacti 1040.

Romanus Diogenes Imper: captus à Turcarum Sultano, ei ascensuro & descensuro in solium pro scabello fuit. *Tyrius.*

Secul. XII. à 1100. ad 1200

Henricus IX. Regno spoliatus eo mendicitatis & miseriæ redactus est, ut ab Episcopo Spirensi victum sibi, ac locum Clerici in Choro quæreret.

Latini innumeri cujusvis Ordinis à Græcis cæsi 1183.

Andronicus Alexij nepotis strangulator, alterâ manu & oculo mutilatus, scabroque camelo præposterè impositus ac circumductus, vulgi furore harpagonibus ferreis frustulatim discerpitur 1185.

Sec: XIII. à 1200. ad 1300.

Otho IV. Imperio dejectus, multis tum in

in Italia, tum in Germania attritus cladibus in Saxoniæ latebram se recepit, ubi haud multò post obijt ex mærore 1218.

Lue absumpta Pecorum vis immensa in Gallia & Germania 1223.

Conradinus Suevus, & Ferdinandus Austriæ Dux securi percussi Neapoli 1268.

Vesperæ Siculæ, in quibus ad conflictum Vesperarum signum, Galli omnes in Sicilia cæsi 1282.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Hugolinus Gherardeschæ Comes, duo ejus filij, totidemq; nepotes, Pisanâ turre clausi, dirâ fame necantur 1289.

Andreas Rex Neapolitanus Joannæ conjugis malignitate strangulatur 1344.

Carolus Dyrrachinus Joannam Neapolitanam regno exutam, pulvillo suffocat, & mortuæ spoliũ, thronum, inscendit 1382.

Pestis triennis universalis mediam hominum partem perdit 1345.

Amurathes, trigesies septies victor, à servo confoditur 1390.

Carolus II. Navarræ Rex, cum ad excitandam libidinem, aquâ, quam ardentem dicimus, corpus perfudisset, ambustus est.

Morbus qui à Gallis nomen accepit, ex America in Europam advectus est.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Bajazethes Rex Turcarum à Tamerlane victus

victus captusque in ferrea cavea ad ludibrium reservatus infeliciſſimus obit 1403.

Alvarus de Luna apud Joannem Caſtellæ Regem maximè gratioſus, ejuſdem juſſu obtruncatur 1453.

Ludovicus Luxemburgenſis Comes S. Pauli, Magiſter equitum Galliæ, capite plectitur 1475.

Carolus Burgundiæ Dux, cognomento Audax, in prælio ad Nancejum vulgaris militis manu cadit 1497.

Sæcul. XVI. à 1500 ad 1600.

Sultanus Ægyptius poſt multa probra à Selinio ferreo unco ſuſpenditur 1509.

Chriſtiernus Danus tribus regnis ſpoliatus in cavea Chlatrata moritur 1522.

Ludovicus II. Hungariæ & Bohemiæ Rex à Solimanno poſt captum Belgradum victus, fugiens perit in palude 1526.

Sudor Anglicus primò innoteſcit 1529.

Thomas Volſæus ex Iro Cræſus, denuo Irus infeliciſſimus.

Locuſtæ ſolem inumbrant in maxima parte Europæ 1542.

Peſtis, cui nomen Arietis factum, quod præcipuè caput urgeret, totam pene peragrat Europam 1580. 1581.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

In Anglia peſtis horrenda, Londini præſertim 1600.

Henri-

Henricus IV. Galliæ Rex Parisiis in vico Ferroneriæ à nefario parricida, à vili homine cultro confossus 1610.

Captâ per Tartaros Regiâ Peking Zungehinius Sinarum Imperator, nubilem filiâ obtruncat; ipse & Regina se suspendunt.

Rebelles in Anglia Carolum I. Regem inaudito exemplo Carnificis manu in foro obtruncant 1649.

Petrus Zrinius, Frangipanius, Tattenbachius conjurationis in Leopoldum Imperatorem convicti capite plectuntur 1671.

Pestis in Italia, sed Neapoli præcipuè & Genuæ furit 1656. ac deinceps per Asiam & plures Europæ provincias à 1678. ad 1680.

Spira, Wormatia, Heidelberga, Manhemium, Franchentaliũ, Oppenhemiũ, Badena, Durlacum & plures aliæ in Palatinatu præsertim urbes & oppida ferro & igne penitus à Gallis exscinduntur 1689.

Jacobus Angliæ Rex cum Regina & filio Duce de Wallis ab Auriaco Wilhelmo cum ingenti classe appellente in Anglia, Regno expellitur, & in Galliam fugere cogitur anno 1689.

SERIES DUODECIMA.

Motus elementorum & signa de cælo à Christo nato ad 1698.

Saculum I. à 1. ad 100.

Tiberis inundatio Romæ 5. & iterum 15. anno post nostrę salutis initium. Eclypsis, & terræ motus, Christo Domino moriente 33.

Duodecim urbes Asiæ, in quibus Ephesus & Sardis, nocturno terræ motu collapsæ anno 33.

Nova Insula inter Theram & Therasiam Ægei maris emergit 46.

Ignis è Vesuvio copiosus, & cineres, quibus inter alios obrutus est Plinius, Herculanum, & Pompeji urbes sepultæ 75.

Saculum II. à 100. ad 200.

Antiochia terræ motu corruit cum civium & assectarum Trajani, qui ruinæ spectator erat, ingenti clade 115.

Terræ motus magni & crebri, inundationes, lues, aliæque calamitates, tactum de cælo Capitolium & magna Romæ bibliotheca conflagrat 188.

Tres circa solem stellæ apparent 193.

Seculum III. á 200. ad 300.

Solis Eclypsis admodum horrifica 203.

Vesuvius ingenti fragore, & horrore flammas & ignitos cineres eructat 203.

In Africa diluvium, & ignes nocturni Carthaginis mœnibus proximè imminentes 203.

Horrendi terræ motus, quibus aliquot urbes cum populis hauſtæ. 243.

Secul. IV. à 300. ad 400.

Luna visa sanguinea 302.

Terræ motus horribilis apud Tyrum & Sidonem, urbes multas, populosque innumeros obruit 306. *Eusebius.*

Diri terræ motus, quales ante nunquam fuerunt, orbem terrarum propè universum concutientes, unde maria intumuerunt & multæ urbes hauſtæ sunt. 365.

Constantinopoli grando inusitatæ magnitudinis decidit 367.

In Arteſia pluviæ mixta cadit lana 367. *Hieronymus.*

Nicæa per terræ motum penitus eversa (368.

Secul. V. à 400. ad 500.

Cometa ad terram usque pertingens Constantinopoli. *Ricciolus.*

Uticæ terra per annos septem mugiit. 410. *Sigebert:*

Terræ motu in Palæstina urbes ac pagi non pauci subversi 419.

Terræ motus in Oriente urbes complures & magnam Byzantij partem solo coæquat 446.

Toloſæ rivus ſanguinis toto unius diei curriculo defluxit 461. *Genebrard.*

Terræ motus in Oriente horribilis 466.

Maxima ignis eruptio è Veſuvio 472 & iterum inclinante ſæculo.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Italia flammeos in cœlo videt exercitus, cum Sanguinis effuſione, magnaque Tiberis inundatione 510.

Antiochia gravi terrarũ motu everſa 524.

Horrendus per 40. dies terræ motus, ac portentoſus ubique maris æſtus cuncta devaſtat 552.

Mons Rhodano imminens à continuo monte ſejunctus, poſt longos mugitus domos, ac mortales ingenti numero obtrivit. 562. *Genebrard.*

Diluvium Venetiis, & alibi, mox Peſtis Romæ è fœtore ſerpentium in Tiberis ripas ejectorum 589. *Ciacconius.*

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Signum de cœlo inſtar gladii, & terræ motus triginta dierum 632. *Sigebertus.*

Nicomedia & Nicæa iterum graviſſimo terræ motu concuſſæ 633.

Cometes an. 678. quem Siccitas trium anno-

annorum consecuta est, & Pestilentia quæ funeribus Italiam exhausit.

Stella per noctem, cœlo sereno, nubilo infecta sub initium Januarii an. 685. apparuit. Mox alia, in Februario meridie cũ magno fulgore ad Orientem decurrit.

In Martio eodem anno Vesuvius ignes per aliquot dies evomuit, & omnia virentia circumquaque adussit. *Sigonius.*

Eodem anno Tiberis magna inundatio Romæ.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Tanta Solis eclypsis, ut stellæ de die apparerent 3. Jun. 718.

Scutum nigerrimum in orbe solari 733.

Pluvia cineris in Oriente 744.

Tenebræ horrificæ per Orientem à 4. Augusti ad Kal. Octob. 746.

Prodigiosi terræ motus in Oriente & Pestis triennis 746.

Tanta fuit hyemis sævitia, ut Pontus Euxinus gelu coalesceret, & à Danubio ad Euphratem Regiones continuâ glacie connecterentur 764.

Constantino à matre Irene excæcato, sol per dies 17. visus est latere. *Theophilus & alij.*

Sæculum IX. à 800. ad 900.

In Italia horrendi terræ motus, quibus aliquæ urbes dirutæ, & montes dissecti 801.

Tradunt nonnulli maculam in Sole visam per octo dies 807.

In Saxonia terra ad spatium trium milliarium intumuit 823.

Grando stupendæ magnitudinis in Gallia, & gelu 15. pedes longum, 6. latum è cœlo cadit 825.

Prodigiosa solis defectio, quâ visâ Ludovicus Pius supremũ morbũ contraxit 840

Terra immaniter concussa horrendum immugit 862.

Pluvia sanguinea per triduum in agro Brixiano 869.

Sæcul. X. á 900. ad 1000.

Genuæ fons sanguinis futuram sequentis anni calamitatem prænunciat 935.

Sol per aliquot dies visus est sanguinem effundere; prodigium hoc plurimi morbi & interitus subsequuti sunt 940.

Gemini soles per biduum visi, & acies in cælo confligentes 919.

Cruces in vestibus apparent 970.

Ignis è Rheno exortus strages ingentes edit 991.

Horrenda ignis eruptio è Vesuvio 993.

Terræ motus permagnus, & prodigia aliquot 1000.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Prodigiosa Ligeris inundatio in Gallia 1003

In Lotharingia fons aquæ saluberrimæ in sanguinem versus 1011. Nu-

Nubes ingens in Belgio ſoluta, multos mortales mergit 1014.

Cometes trabis ſpecie per quadrim: 1039

Tam copioſa nix in Occidente, ut ſylvæ onus non ſuſtinentes frangerentur 1041. *Sigebertus.*

Terræ motus per biennium in Bithynia.

Sereno cælo de die viſa ſtella 1077.

Ingens terræ mugitus 1082.

Multis in locis ac præſertim in Italia eluviones inſolitæ 1086.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Viſi gemini ſoles 1105. & acies cæleſtes permultæ 1109.

Ravennæ pluvia ſanguinea 1113.

Terræ motus in Italia quadragenarius villam aliò transfert 1117.

Padus ex alveo ſublimis extat in fornicis modum, datâ tranſeuntibus viâ 1117.

In Gallia tellus præ calore flammas emittit 1135.

Ingens mortalium clades ex Belgica Oceani effuſione per 12. millia 1164.

Ætnâ ſolito vehementiùs deflagrante, tota Sicilia terræ motu concuſſa eſt magnâ hominum ſtrage, plura proſtrata oppida. Catana in primis, in qua nulla domus ſuperfuit 1164. *Baron ad annum.* 1169.

Sæc. XIII à 1200. ad 1300.

Cometa inſignis 1211.

In

In Frisia mare effusum centum hominum millia mergit 1218.

Ob horrendam solis Eclypsim 6. Octobris stellæ in die visæ 1241.

Mons in Burgundia à reliquis dehiscens multa rusticorum millia opprimit 1241.

Saturni stella in die apparuit 1285.

Piscis Marinus leoni similis captus in mari Thyrreno 1281.

Horrendus in Italia terræ motus 1298.

Cometes planè prodigiosus, qui tres ante menses ardere cæperat, Urbano IV. moriente evanescit 1264.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Eruptio pumicum & cinerum horrenda ex Ænaria insula, vulgo Ischia 1303.

Visæ simul in cælo tres lunæ 1314.

Ætna vomit plurimum ignem 1323.

Terræ motus quadragenarius urbes viginti sex prosternit in Pannonia 1348.

Mare Flandricum ruptis aggeribus multa oppida mergit 1377.

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

Per plures leucas constrictus frigore pontus impunè calcatus 1420

In Hispania terræ motus multa oppida evertit 1431.

Mare in Hollandia ruptis aggeribus hominum supra centum millia, & pecorum greges infinitos perdit 1446.

Come-

Cometæ bini in Italia visi 1456.

Ignea Pyramis seu columna in aëre super Mexicana urbe diu suspensa, proximam Evangelij lucem visa est indicare. *Florimundus Raymondus.* lib. 1. cap. 2.

Secul: XVI. à 500 ad 1600.

Cruces sanguineæ vestibus subitò insperſæ 1501.

Eclypsis horrifica 1518.

Tres soles annonæi 1524.

Ad Nicæam vici aliquot subito terræ motu absorpti, & ad Oeni Salinas igne aliqui de cælo tacti 1524.

Maris in Anglia retrocessio magna, & mons loco motus 1571.

Pluvia triticea in Quadis 1571.

Nova stella in signo Cassiopææ ab anno 1572. ad 1574.

Quinque simul soles 1588.

Sec: XVII à 1600 ad 1698.

Terræ motus ingens in Helvetia 1601. In Peruvia 1604. In Brusiis ubi eversa Siberina 1627. In Sinis quindecim magnis urbibus dejectis 1628. Herbipoli 1638. In Brutiis 1659. à Pyrenæis ad Lemovicum in Gallia 1660. In nova Francia 1663. Ragusium concussū 1669. Ariminum 1672. Peruvium 1686. Smyrna concussa, ubi periêre 40. hominum millia 1688. Neapolis concussa & Beneventum 1689. Siciliam fere

totam

totam terræ motus horrificus concussit an. 1693. vel omnino vel magna ex parte deletis pagis, oppidis, & urbibus pluribus. Inter quas Syracusæ, Catana, Leontini, sepultis, ut fama fert, centum ferme hominum millibus.

Araris eluvio in Gallia 1602.

Iris sanguinea Strigonij per noctem 1604.

Plurium Rhætorum oppidum propinqui montis ruinâ cũ incolis opprimitur 1618.

Vesuvianum incendium horribile 1631.

Passaviũ fere totũ incendio perit an. 1662

Ætna circumjectos agros torrentibus igneis latissimè vastat 1669.

Salisburgi ruinâ montis magna pars ædium & hominum sepelitur

Cometes arcus speciem exhibens totumque fere hemisphærium occupans, qualis fortasse vix unquam antea visus an. 1682.

Index multarum, quæ secutæ sunt, calamitatum & vastationum.

Exundationes aquarum subitæ & insolitæ passim ingenti hominum & pecorum damno anno 1681.

SERIES DECIMA TERTIA.

Res memorabiles, sive Sacræ, sive prophanæ à Christo nato ad annum 1698.

Sæcu-

Sæculum I. à 1. *ad* 100.

MEssala Corvinus orator celebris, duobus ante obitum annis sui etiam nominis obliviscitur.

Phænicem sub Tiberio visum testantur Tacitus & Dio.

Nero magnam urbis partem obscuris ædibus informem per Indum incendit, ut ardentis Trojæ imaginem exhibeat.

Joseph Anani per septennium lamentabili voce futuras Hierosolymæ calamitates prænunciat.

Titus Fulonius annum agens centesimum quinquagesimum Bononiæ sub Claudio vivebat. *Genebrard.*

Sæcul. II. à 100. ad 200.

M. Antonini Pij tanta fuit iustitiæ fama, ut Bactrianos, Hyrcanos, Indos aliasque barbaras nationes compulerit depositis armis eum arbitrum admittere.

Marc. Aurelius Antoninus ad belli sumptus exhausto ærario, ne gravis cuiquam foret, instrumentum omne imperatorij cultûs vendidit, & mox partâ victoriâ exspoliis redemit.

Ælius Pertinax tantæ susceptо imperio modestiæ fuit, ut nec uxorem Augustā nec filium Cæsarē à senatu appellari passus sit.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Alexander Severus Christum in Deorum nume-

numero reponere frustra conatus, in Larario suo privatim coluit.

Idem Magistratus nullos venales esse voluit, dictitans fieri non posse, quin vendat iterum, qui emerit; nec posse à Principe animadverti in eũ, qui vendat quod emerit.

Plotinus Philosophus frustra petiit à Gallieno, apud quem gratiâ valebat, ut urbs diruta instauraretur, quæ Platonis legibus viveret, atq; inde Platonop: diceretur.

Urbs Phridiæ Christiana imperante Diocletiano pro Christi nomine tota cõburitur.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Criminosos dissidentium Episcoporum libellos in ignem conijcit Constantinus, dictitans: *Ego Episcopum delinquentem si viderem, hâc purpurâ operirem.*

Tanto honore Idem Constantinus in Nicæno Concilio Episcopos coluit, ut postremus sederet Augustus.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Memorabili Pulcheriæ sororis prudentiâ Theodosio II. puero stetit Imperium.

Eadem, obeunte fratre, Martianum in virum deligit, integrâ tamen virginitate Imperij, non thori consortem.

S. Leo divinâ planè eloquentiâ Attilam ab urbis obsidione deterret 452.

Ecclesia Catholica perstat, tametsi omnes

nes Principes aut hæretici essent, ut Anastasius Imper: Reges Italiæ, Hispaniæ & Africæ, aut Pagani ut Anglorum, Francorum & Germanorum Reges.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Alexandriæ plurimi utriusque sexûs à Dæmone correpti, canum instar latraverunt 515.

SS. Medardus & Gildardus fratres eodem die nati, eodem Episcopi facti, eodem quoque die in cælum volârunt die 8. Junij an: 564.

Romildæ filiæ matri dissimiles, ut ab Avaribus castitatem tuerentur, crudorum pullorum carnes intra mamillas putrefaciendas collocârunt 600.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Costroës Persarum Rex argenteâ ædiculâ ad id excitatâ, sacram Crucem quam captis Hierosolymis asportârat, ad dexteram suam in aureo solio tanquam regni collegam constituit 615.

Pyrrhi C.P. Patriarchæ Monothel: damnationem scripturus Theodorus Rom: Pontif: Christi sanguinem è calice miscuit atramento 648.

Dum lues horrenda Italiam & Romam præcipuè popularetur, diabolus multis

spectantibus, urbem cum hasta obiens, ad Angeli imperium cuspide domorum januas feriebat, & postero die mortuorum numerus hastæ ictus æquabat 680.

Secul. VIII. à 700. ad 800.

Gregorius III. Luitbrandum Longobardorum Regem suum petentem caput, ultro adit; ille verecundiâ supplicis Romani Pontif: commotus & immutatus sese ad ejus pedes abijcit 739.

Rachisio Longobardorum Regi Perusinos obsidenti Zacharias Pontifex cælestis Numinis iram intentat; ille subitâ religione perfusus obsidionem solvit, seque cum uxore & filia Deo consecrat 750.

Cùm Leo IV. Imperator coronam auream gemmisq; insignem ex æde S. Sophiæ sacrilegè raptã capiti suo imposuisset, statim pestiferâ febri correptus miserè interiit.

Secul. IX. à 800. ad 900.

Grunnus Nicephori Cæsaris cæsi calvariam vertit in craterem 811.

Carolus Magnus quicquid moriens in thesauris habuit, pauperibus & sacris ædibus legatum voluit.

Basilius Macedo, quoties judicijs vacaret, per præcones populo denunciavit, adesse Augustum ejus ope & operâ uti volentibus.

Tre-

Trebellius filium, cui, monachum inducus, Bulgariæ regnum reliquerat, effossis oculis in custodiam tradit, quia populos ad falsorum Numinum cultū revocabat 880.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Joannes Zemisces Imper: de Bulgaris victor B. Virginis simulacrum in curru veluti triumphans circumduxit 971.

Robertus Rex Galliæ ob illicitum conjugium ab Episcopis sacris diris devotus, à suismet famulis deseritur 998.

Augusta Othonis III, uxor falsi criminis architecta, quo insontem Mutinensem Comitē insimulaverat, igne de mariti sententia, calumniæ & libidinis pœnas persolvit.

Sæc. XI. à 1000. ad 1100

Conradus Salicus morti proximus, Imperatoris insignia ad Henricum Saxoniæ Ducem mittit, à quo nuper ingenti prælio victus fuerat, eum præ cæteris imperio parem æstimans 1039.

Casimirus Regiâ stirpe natus ex monacho Cluniacensi Rex Poloniæ, annuente Benedicto IX. Pontif. 1041.

Gothofredus Bullionius Rex Hierosolymæ renunciatus, nec insigne, nec Regium nomen usurpare voluit, ubi Christum meminerat Regem per ludibrium appellatum.

Secul. XII à 1100. ad 1200.

Joannes Comnenus Imper: multiplici

de Turcis, Scythis, Hungaris partâ victoriâ, Deiparæ, cujus ope vicetat, imaginem pro se triumphare voluit.

Manuel Comnenus Augustus, posito genu afflictum ex casu generi sui Baduini III. Hierosolym: Regis brachium suâ manu curare voluit, amore vincente majestatem.

Fridericus Ænobarbus cum ab Alexandro III. se totum avertisset, Gibellinorum & Guelphorum nominibus ex veteri Germaniæ discordia repetitis, pestiferas totâ Italiâ factiones excitat; qui partes Augusti sequerentur, Gibellini; qui Pontificis, Guelphi appellati.

Sæc: XIII. à 1200 ad 1300.

Genuenses matronæ insigni pietatis & Religionis exemplo ad comparandam in Saracenos classem, muliebrem mundum sponte distrahunt, 1301.

Veneti Ducem electum, sed Majestatis reum securi percutiunt 1354.

Tamerlanes ex Pastore latro, ex latrone militum ductor, ex ductore summus Imperator, ac terror orbis terrarum.

Margarita Hollandiæ Com. unico partu 365. liberos parit, qui omnes sacro fonte lustrati periêre. *Genebrardus ex Annal. Holland:*

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Mulier Marina nuda & muta in lacu Pum-

me-

merio capta, vestem induere, panem & lacticinia edere, ac honorem exhibere Deiparæ discit. *Spontanus* 1403.

Gregorius XII. Concordiæ causâ Pontificia insignia deponit 1415. & à Martino V. Pontifice Piceni legatus cõstituitur 1417

Joannes XXII. coactus abdicat, & Florentiæ ab eodem Martino in numerum Patrum cooptatur; quare eadem ætas duos vidit ex Pontificibus Cardinales.

Novus Orbis detectus à Christophoro Columbo Ligure 1492.

Vascus Gama Lusitanus superato Bonæ Spei promontorio Indos Orientis patefacit 1497.

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

Henricus VIII. post raptas totâ Angliâ Cœnobiorum, & ædium Sacrarum opes, ipsâ prædâ factus est pauper.

Eodem fere tempore quo Christiana religio invecta est per Monachos in Americam, turbata est per Lutherum apostatam in Europa Religio. Et in Machometicâ superstitione novæ Sectæ excitatæ sunt per Monachum Saracenum Techellim in Asia apud Persas, & per Ametherem pariter Monachum Saracenum in Africa inter Mauros *Florimundus Raymond. lib.* 1. 104.

Regii tres juvenes à Christianis Saxoniæ Regibus ad Gregorium XIII. Pont. missi.

Sæc: XVII à 1600. ad 1698.

Quidam Impostor simulans se esse Regem Sebastianum turbat Hispaniam & Lusitaniam an. 1600.

Mauri ad 900. capitum millia ex Hispania pulsi propter pacta cum hostibus Christianismi 1610.

Protestantes anno Christi 1617 primum suum Jubilæum celebrantes palàm profitentur novitatem Sectæ suæ.

Neapolis & totum Regnum seditione succutitur motuum auctore Thomâ Aniello piscatore, qui se Regem per octo dies gessit an. 1641.

Christina Suecorum Regina Catholica Religionis agnitâ veritate, ut eam amplectatur, regno valedicit 1653.

Judæi omnes Viennâ proscripti, & Synagoga in templum conversa an. 1670.

Jacobus II. Magnæ Britanniæ Rex nobilissimâ legatione ad Innocentium XI. Romanum Pontificem, vetusta suæ gentis, Anglorum, erga Apostolicam Sedem obsequia renovat 1687.

Innocentius XII. Apostolicæ Cameræ Magistratus vetat esse venales, 1692.

Idem Pauperes, quos Nepotes suos appellat, totâ Urbe collectos alendos suscipit, illisq; Lateranenses Pontificum ædes habitandas tribuit 1692.

* * *

CATENA TEMPORUM NOVI TESTAMENTI TRIPARTITA

Ad omnigenam historiam Sacram & Profanam connectendam elaborata.

PARS TERTIA.

Litteras & artes, litteratos & Artifices, nova inventa, & urbium natales

Complectens

à Christo nato usque ad annum 1698.

SERIES PRIMA.

Scholæ, Academiæ, litterarum incrementa, & detrimenta à Christo nato ad annum 1698.

Sæculum I. à 1. ad 100.

ATheniæ quamvis minori jam gloriâ docerent, præcipuum tamen adhuc doctrinarum emporium erant.

Rhodum plerique, alij Massiliam Græcis florentem artibus studiorum Magistram habere consueverant.

Publica scriptorum recitatio, & mutua inter litteratos eorundem emundatio, plurimùm studiis proderat.

Augustus & Vespasianus Cæsares Mercurialium virorum amantissimi. Postremus è Fisco stipendium Rhetoribus tribuit.

Caligula bonarum artium osor de abolendis litterariis summorum virorum monumentis, Homeri, Livii & aliorum virorum jam statuerat secum, *Suetonius.*

Sæculum II. à 100. ad 200.

Litterarum studiis Alexandria, Cæsarea, Antiochia claræ habentur. Lugduni, Augustoduni ac Vesontione in Gallia litterarum Studia tradebantur. Romæ concursus erat litteratorum ad bibliothecas, commentandi & discendi causâ *teste Gellio.* Tra-

Trajanus, Hadrianus, Antoninus litterarum amantissimi, litteratos fovent & bibliothecas condunt.

Prima Christianorum schola Alexandriæ, in qua sub Commodo docuit Pantænus. *Genebrardus.*

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Pantæno in Schola successit Clemens Alexandrinus, Clementi Origenes anno ætatis 18. *Genebrardus.*

Eandem postea scholam rexit Pierius Presbyter, Origenes junior appellatus.

Schola Cæsareæ Philosophica & Theologica per Pamphilum instituta, fuit Pamphilus Pierii discipulus & Martyr.

Alexander Episcopus Hierosolymitanus, Julius Africanus Cæsareæ primi apud Christianos bibliothecas instruxisse leguntur. *Euseb: lib: 6.*

Mirus in Alexandro Severo litterarum & litteratorum amor.

Antonius Caraçalla magicis artibus addictus, magno litterarum & artium bonarum detrimento.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Berytensis Academia per Diocletianum & Maximianum.

Scholæ Romanæ, Professoribus & salariis à Theodosio exornatæ.

Bononiensis Academia à Theodosio instituta.

Con-

Constantinus M. Liberalium artium professoribus liberales mercedes assignat.

Licinius Cæsar propter summam ignorantiã, litteras pestes publicas appellabat.

Julianus Apostata studia bonarum artium Christianæ juventuti conatus est adimere, quæ res Gregorium Nazianzenum impulit ad condenda carmina.

Secul. V. à 400. ad 500.

Florebat adhuc Athenis Academia, quæ postea Romam translata est.

Pangorienſis Academia in Wallia antiquissima, ut Angli scriptores tradunt.

Academia Constantinopolitana, à Theodosio Juniore instituta 425.

Edessæ in Syria & in Persida, litterarum Scholæ florebant.

Gergusius II. Scotorum Rex Gothis sub Alarico ante regnum acceptum militans è Prædâ Romana vetustissimos codices, aureis, argenteisque vasis præhabitos in Scotiam defert, eosque in Jonæ monasterio servandos locat. *Leslæus.*

Secul. VI. à 500. ad 600.

Instaurata per Justinianum Berytensis Academia terræ motu exciſa. Mauritius Imper: studiis, & eloquentiæ præcipuè favet.

Siluisse Romæ Gymnasia omnia, neque Pontificis Agapeti auctoritate ad docendum

dum quenquam allici potuisse testatur Cassiodorus.

Gothi vetantes litteris erudiri, ne ad arma tractanda minùs alacres fierent, litteras propemodum perdunt.

Consequentibus temporibus cùm graves bellici tumultus inciderent, studia satis excoli non potuêre.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Erphordiensis Academia sub Dagoberto I. Rege.

Scholæ Cantabrigenses in Anglia: Academia tamen seriùs instituta. An. 1237.

Britanniæ, quæ Gothicis excursionibus non potuerant, veteris doctrinæ reliquias vîsæ sunt conservâsse.

Coacto ab Agathone Rom: Pontif: concilio in ea primorum capitum frequentia inventum neminem vel mediocri doctrinâ instructum, qui ad Constantinum Pogonatum legari posset, ejusdem Pontificis litteræ deplorant.

Gnosimachi hæretici scientiam & doctrinam omnem rejicientes, non parvum litteris detrimentum attulêre.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Balbaricensis Academia in Arabia 813.

Eboraci publicum Sacrarum litterarum studium instituit S. Egbertus 761.

Osnaburgensis, Papiensis & Patavina à

Caro-

Carolo Magno institutæ. Bononiensis renovata.

Academia Athenis Romam attracta, Lutetiam à Carolo M. translata operâ quatuor Monachorum, Rabani, Alcuini, Claudii & Joannis Scoti Bedæ discipulorũ 790.

Leo Isauricus magno litterarum detrimento triginta voluminum millia Constantinopolitanæ bibliothecæ, cum duodecim doctissimis eorum custodibus plusquam barbarè flammis absumit.

Seculum IX. â 800. ad 900.

In Dania & Suecia primus scholas aperit Ansgarius 831.

Scholæ Constantinop. per Bardam restitutæ 859.

Oxoniensis Academia in Anglia 872.

Fulco Epis. scholas Remis instaurat.

Carolus Calvus in Europa, Maimon Saracenorum Amiras in Asia egregii litteratorum Mecænates.

Ludovicus Pius jubet Monachos, imò & Monialesdescribendis veterũ libris addici.

Michaël Balbus ne pueros se doctiores cerneret, eos litteris erudiri vetuit.

Secul. X. â 900 ad 1000.

Scholæ universales in Brabantia institutæ à Joanne Duce 926.

Academia Babylonica Saracenorum ad medi-

medicinam præsertim & astrologiam tradendam circa finem hujus sæculi florebat.

Saculum hoc bellis infelicissimum fuit, & seculum dici potest ignorantiæ, sustinuerunt tamen litteras quantùm fieri potuit religiosi virî in veterû præsertim monumentis exscribendis.

Apud Græcos tamen, Hebræos & Arabes littera feliciter celebrantur teste Genebrardo. Otho *II.* litteris plurimùm favere visus.

Sæcul. XI. à 1000 ad 1100.

Alexandrina Academia floruit, in qua Avicenna adolescens Rasim audivit.

Salerni ex Arabum Præscripto in fine sæculi medicina tradebatur ut liquet ex libello cui nomen factum *Schola Salernitana.* Scriptus est versibus Leoninis à Joanne de Mediolano nomine Collegij Salernitani.

Constantinus Ducas litteras & litteratos magnifacit.

Saraceni pessimi scelerum Magistri in Hispania Toleti, Hispali, & Salmanticæ Magicas artes palam docere exorsi sunt. *Genebrard: Del Rio.*

Sæcul. XII. à 1100 ad 1200.

Academia Moespelienſis 1196.

Hoc primùm sæculo quasi republicâ quâdam litterariâ erectâ, Rectores Magnifici universitatum, aliique Decani, & veluti Magistratus instituti sunt.

Tribus disciplinis honorum gradus constituti Theologia, Iuris civilis & Medicinæ.

Lothario II. & Conrado III. Imperantibus, litteræ quæ à barbaris conculcatæ jacuerunt, oculos aliquamdiu tollere incipiunt. *Sub illis per Europam magni doctrinaque nobiles viri extitêre, & nata Scholastica Theologia, & accuratiùs Philosophia coli capit.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Parisiensis Academia à S. Ludovico instaurata 1232.

Viennensis in Austria 1239. Salmaticensis 1240. Aberdonensis in Scotia 1240. Cantabrigensis 1277. Neapolitana & Perusina per Fridericum II. 1290.

Robertus Sorbonius, celeberrimo Parisiis Theologorum Collegio initium & nomen dedit 1265.

Alphonsus X. Castellæ Rex litterarum egregius fautor, sed Astrologiæ nimis addictus.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Aurelianensis Academia 1302. Firmiana per Bonifacium VIII. 1304. Ferrariensis 1306. Pisana 1339. Heidelbergensis 1346. Pragensis, Cracoviensis, Andegavensis 1361. Senensis 1380. Colonensis, Erfordiensis 1392.

Magnus

Magnus actus Sorbonicus inventus à Franciſco de Mayronis 1315. Bayrus in Britannia nullis parcens ſumptibus libros diligenter congregat.

Carolus IV. Imperat: Carolus V. Robertus Rex Neapolit. Joannes Cardinalis Columna omnes Litterarum & Litteratorum fautores & magni Mecænates.

Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.

Herbipolenſis Univerſitas Anno 1401. quæ ob crebras ſtudioſorum cum civibus contentiones Erfordiam translata eſt. Lipſienſis 1408. Sanctandreana 1411. Roſtochienſis 1415. Ingolſtadienſis 1416.

Glaſquenſis 1454. Criſwaldenſis 1456. Baſileenſis 1459.

Friburgenſis 1467. Valentina 1470. Tubingenſis 1477. Haffnienſis 1478. Moguntina 1482.

Typographia inventa litteras promovet.

Eugenio IV. Nicolao V. Sigismundo Imperat: Alphonſo Aragonum & utriuſque Siciliæ, Iacobo I. Scot: Regibus, Coſmo & Laurentio Mediceis, litterę plurimũ debẽt.

Nicolaus V. Ut bibliothecam Vaticanam inſtruat, Magnorum ſcriptorum codices undique per eruditiſſimos viros conquirit. *Æneas Sylv.*

Ludovicus XI. Gall: R litterarum osor filium vetuit latina nosse.

Sæc. XVI. â 1500 ad 1600.

Witembergensis Acad: 1502 Uratislaviensis 1505. Francofordensis in Marchia Brandeburgica 1506. Complutensis 1517. Osumensis 1549. Gandiensis per Franciscum Borgiam 1549. Maceratensis 1549. Remensis & Conimbricensis 1550. Dilingana 1552. Eborensis 1559. Taurinensis 1565. Taraconensis 1572. Duacena 1574. Cæsar Augustana 1583. Parmensis 1599.

Franciscus C. Ximenius, Franciscus Gall. Rex. Leo X. Alphonsus Atestinus D. Ferrariæ, litteris, Musisque faustissimi.

Gregorius XIII. erectis ubique terrarum educandæ juventuti Collegiis, & præsertim Romæ, Religioni & bonis artibus mirè prodest.

Captâ Budâ periêre nobilissimi codices, quos colligi jusserat Matthias Corvinus.

Sæc. XVII. â 1600 ad 1698.

Madritensis artium Academia aucta à Philippo IV. Giessana 1607.

Mantuana 1625. Paderbornensis 1613. Molsheimensis per Leopoldum Archiducem 1616. Bambergensis per Melchiorem Ottonem Episcop: 1648.

Col-

Collegium & Bibliotheca Ambrosiana, Mediolani à Friderico Cardinali Borromæo instituta magno litteratorum bono.

Diaria litteratorum in Gallia, Anglia, Italia, Germania valde utili compendio eruditionis.

Fridericus Card: Borromæus, Urbanus VIII. P. M. Franciscus Barberinus Cardinalis Urbani ex fratre nepos, Ludovicus XIII. Rex Gall: Ferdinandus Fürstenbergius Episcop: Monast: Cosmus III. Magnus Dux Etruriæ litteris & bonis artibus impensè favent.

Dubium quibusdam litteratis videtur, an non obsit hoc ævo nimia librorum copia, quæ nos inopes facit sapientiæ, dum enim novorum multitudine occupamur curiosè, optimos veterum tadiosè negligimus.

SERIES SECUNDA.

Theologia Positiva à Christo nato ad 1698.

Sæculum I. à 1. ad 100.

S. Matthæus Evangelium scribit anno post Christum natum quadragesimo.

S. Marcus scribit Evangelium jussu D. Petri

anno 43. S. Lucas scribit Evangelium anno 47. Acta Apostolorum anno 57. S. Joannes Apocalypsin scribit anno 97. Evangelium & Epistolas anno 99. S. Petrus Epistolas scribit tres, & S. Paulus Epistolas quatuordecim diversis temporibus S. Jacobus Epistolam unam, & S. Judas Epistolam unam incerto tempore.

Christi Domini ad Abagarum, & Abagari ad Christum Epistolæ suspectæ sunt.

Secul. II. à 100. ad 200.

S. Dionysius Areopag. Ep: Mart de cujus tempore lis pendet inter antiquitatis peritos.

Aquila, & Symmachus SS. Bibliorum interpretes.

S. Theophilus Antiochen: Episc:

S. Melito Sardicensis Episc:

S. Pinitus Epis: S. Polycarpus Episc: S. Dionysius Epis: Corinthius.

Theodotio interpres SS. Bibliorum sed heterodoxus.

S. Irenæus Epis: Lugdun: & Tertullianus hoc sæculo floruêre.

Secul: III. à 200. ad 300.

Pantænus Philosop: Christianus à quo Brachmanes apud Indos edocti.

Cle-

Clemens Alexandrinus Origenis Magister, Ammonius, Origenes Adamantius. S. Cyprianus Episc: S. Hippolitus Epis: Phileas Ep: Trypho, S Dionysius Alexand: Epis: S. Zeno Epis: Dorotheus Tyrius suspectus, S. Victorinus Pictaviensis Ep: S. Gregorius Thaumaturgus Epis, S. Methodius Ep: Martyr.

Tetrapla, Exapla, Octapla Origenis s magno sacrarũ litterarũ bono reiicta 252.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Victorius Petabonensis, Lactantius firmianus, Constantinus Imper: S. Antonius Abb: Eusebius Emissenus, S. Athanasius, Lucifer Calaritanus, S. Cyrillus Hierosol: S. Hilarius Pictavensis, Hilarus, Sardus, Titus Bostrensis, S. Ephrem S. Basilius Magnus, S. Gregorius Nyssenus, S, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Bæticus Ep: Didymus Alexand: Ep: S. Pachomius Abb: Oresiensis. Marcus Eremita suspectus, Asterius Amasenus, S. Paulinus Nolanus, S. Diadocus, S. Ambrosius.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

S. Epiphanius Episc: S. Joan: Chrysostomus Episc: S. Hieronymus, Severianus, Gabalitanus, Rufinus Aquilejensis, S. Gaudentius Brixiensis Ep: S. Chromatius, S. Augustinus Ep: S. Isidorus Peluſiota, He-

Hesychius, Presbyter Hierosol: S. Nilus Abbas, S. Proclus, S. Cyrillus Alexand: Cassianus, Salvianus, Presbyter: S. Hilarius Arelatens Epis: S. Eucherius Epis: S. Petrus Chrysolog: Ep: S. Basilius, S. Seleucus Ep: Salonius Epis: S. Valerianus Episc: S. Prosper Aquit: Epis: Arnobius Junior, Faustus Regiensis, Theodoretus Epis: S. Leo Mag: S. Maximus Taurin Ep:

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Ruricius Senior, S. Fulgentius Ruspen: Ep: Boëthius, Andreas Cæsariensis Epis: Ennodius Ticin: Epis: Avitus Episc: Ferrandus Diacon. Eugippius Abb. Cassiodorus, Procopius Gazensis, S. Joan. Climacus, Aretas Cæsariens.

S. Agapitus Pontif. Rom. ut sacram doctrinam Romæ labentem sustineret, Theologiæ scholas aperiri jussit.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

S. Gregorius Magnus, Saterius, S. Gregorii discipulus, Antiochus Monachus S. Columbanus Abb. Leontius Neapoleos in Cypro Epis. S. Isidorus Hispal. Ep. Cumeanus Scoto-Hibernus Epis. cognomento Sapiens, S. Eligius Noviom. Ep. cujus opusculum de rectitudine Catholicæ conversatio-

tionis, S. Augustino perperam assignatum est, Theleſias Monachus, S. Martinus I. Papa. Dorotheus Archimandrita S. Maximus Martyr, S. Hildephonſus Toletanus E.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

S. Anthelmus ſive Adelmus I. Adamannus Abb. Scotus, S. Gregorius II. Papa, S. Andreas Cretenſis Ep. S. Germanus Patriarcha Conſtantinop. Venerabilis Beda qui obiit an. 735.

S. Joannes Damaſcenus, Chrodegandus Ep. Ambroſius Autpertus, Daerianus. *Male hic à nonnullis locatur* Antonius ab opere quod contexuit, dictus Meliſſa, *quærendus eſt ſæculo* 12.

Seculum IX. à 800. ad 900.

Aponius, Albinus Flaccus ſive Alcuinus, Claudius Scotus, Halitgarius Ep. Agobardus Epiſ. Amalarius Fortunatus, Ionas Aurelian. Ep. S. Theodorus ſtudites Abb. Rabanus Maurus Ep Strabus Fuldenſis, S Eulogius Martyr, S. Methodius Patriarcha C. P. Haymo Halberſtadian. Druthmarus, Angelomus, Michaël Syncellus Walafridus Strabo Abb. Hincmarus Remenſis Epiſ. Veremberdus Curienſis Ep. Remigius Antiſiodorens: Scholas hic Re-

Remis restituit à Fulcone Archiepiscopo vocatus, S. Oddonem postea Abbatem Cluniacensem erudiit.

Sæcul. X. à 900. ad 1000.

Leo VI. Imper. Marcus Eremita, cujus opera corrupta creduntur, S. Rathbodus Ep. Rutgerus Trevirens. Ratherius Epis. Smaragdus Monachus, S. Odo Cluniacens. Abb. Radulphus Flavienſis, Fridegordus Diacon. Notgedus Leodiens. Epis. Moses Barcephas Epis. cujus opera cautè legenda, *quem aliqui perperam referunt ſæculo 16. Gualterius autem putat ſæculo 9. floruiſſe.*

Sæc. XI. à 1000. ad 1100.

Berno Augiens. Abb S Fulbertus Epis. Carnot. S. Odilo Cluniac. Abb. S. Bruno Herbipol. Ep. Adamus de Perſenna, Theophilactus Epis. Oecumenius, Samonas Gazenſis.

B. Petrus Damiani, quem aliqui non distinguunt (ſed perperam) à Petro de Honestis Abb. Ravennat:

Olimpiodorus, S. Anſelmus Lucenſis Ep. S. Bruno Carthuſianorum parens.

Micrologus non eſt ſcriptoris ſed operis nomen, cujus auctor incertus.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Radulphus Ardens, Philippus Solitarius,

us, Berengosus, S. Anselmus Cantuar. Eadmerus, Joannes Fisconensis, Odo Camerac. Leo Marsicus. Ivo Carnot. Epis. S. Anselmus Laudun. Epis. Herveus Cenoman. Honorius Augustodun. Epis. Antonius Melissa, Goffridus Vindocia: Hildebertus Cenoman. Rupertus Abb. Hugo de S. Victore, S. Bernardus, Drogo Cardin. Ostiensis. Guilhelmus Leodiensis. Querricus Ab. Aelredus Ab. Isaac Ab. de Stella. Richardus à S. Victore. Joannes Saresberiensis. Petrus Cellensis, Petrus Cantor, Petrus Blesensis, Alanus Insulensis, Philippus Ab. Bonæ Spei. D. Amedeus Lausan. Epis. Potho Prumiens. Zacharias Chrysopolitanus Epis.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Innocentius III. S. Franciscus Assis: S. Antonius Patavin. B. Jordanus de Saxonia Ord. Prædicat. Stephanus Langron, Jacobus de Vitriaco Card. Gumbertus Viennen. Vincentius Bellovac. E, Robertus Sorbona, B. Albertus Magnus, S. Thomas de Aquino, Thomas Cantipratanus, S. Bonaventura Card. Durandus Mimmacensis Ep. Guillelmus Peraldus Ep. Richardus à S. Laurentio, Petrus de Tarantasia postea Innocentius V. dictus, David de Augusta, Petrus Peckam, Alanus de insulis.

Con-

Concordantiæ bibliorum editæ, Biblia sacra capitibus distincta anno 1240.

Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.

Joannes à S. Geminiano, Nicolaus Trivetus Ægidius de Columna Ep, Petrus Aureolus Episc: Jacobus de Lausanna Ep. Augustinus Triumphus, Joannes Vitalis à Furno: Astesanus, *alius ab Auctore Summæ*. Ludolphus Carthusianus, Nicolaus de Lyra, Pelagius, Joannes de Bacone, Simeon à Cassia, Robertus Holkott. Nicolaus Cabasilas, Nicolaus Gorram, Adamus Goddam, Joan. Taulerus, Joannes Cyparissiota. B. Henricus Suso.

Joannes Rusbrochius, Petrus Berchorius, Nicolaus Eymericus, Raymundus Jordanus vulgò Idiota.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Michaël Aiguanus vulgò incognitus, S. Vincentius Ferrerius, Petrus de Alliaco, Thomas Anglicus, Joannes Dominici Card. Joannes Gerson. Henricus de Hassiâ, Paulus Burgensis, Richardus Pampolitanus, S. Bernardinus Senens. S. Laurentius Justinianus, Augustinus de Roma, Alphonsus Tostatus Abulens. Episc. Antonius Rampelogus, Leonardus de Utino, S. Joannes de Capistrano, S. Antoninus Florentinus, Nicolaus de Cusa Cardin. Henricus

Har-

Harphius, Dionysius Carthusian. Thomas Malleolus à Kempis, Jacobus de Valentia, Hieronymus Savan. Gabriel Biel.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Ximenius Card. Thomas Morus, D. Thomas de Villanova Ep. Sadoletus Card. Didacus Stella, Eugubinus, Joannes Avila, Sasbout, Ribera, Contarenus Card. Faber Viennens. Ep. Catharinus Epis. Franciscus Turrianus, Cornelius Jansenius, Concordiæ Evangelicæ auctor. Titelmannus, Canisius, Salmeron, Augerius, Durantius, Ludovicus Granatensis, Genebrardus Ep. S. Franciscus Borgia, Joannes Maldonatus, Ariasmontanus E. Franc. Tolet. Card.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1698.

Franciscus Arias, Robertus Bellarmin. Card. Hieronym. Martinus vulgò Narniensis, Barradius, Jacob. Alvaretz de Patz. Thomas, Bozius, Serrarius, Pevardentius, Pererius, Delrio, Sancius, Justinian. Cornelius à Lapide. Bonfrerius, Scribanius, Ducæus, Salazar, Mendoza, Ludovicus de Ponte, Fernandetz, Dionys. Petavius, Estius, Alphonsus Rodericius, S. Francisc. Salesius, Malvenda Nicol. Riccardus Hallier, Causinus, Gorderius, Saussay, Nieremberg; Joan. Steph. Menochius, Tyrinus,

Allatius, Raynaudus, Joann. Rho, Sforza Pallavicin: Card, Bona Card. Joann. Paulus Oliva, Possinus, Daniel Bartolus.

SERIES TERTIA.

Theologia Contentiosa, suspecta PP. Scripta, Scholastici & Morales à Christo nato ad annum 1698.

Saeculum I. à 1. ad 100.

S. Barnabæ Epistola suspecta.

S. Prochori Diaconi, S. Lini Papæ, S. Martialis scripta omnino supposititia sunt.

Liber Pastoris ab Herma D. Pauli discipulo scriptus, suspectus.

D. Hierothei opuscula periêre.

D. Clementis Epistola ad Corinthios genuina, cæteræ suppositiæ.

Constitutionum Apostolicarum opus procul dubio antiquum est, sed meliorum judicio Clementem non sapit, reliqua Clementi assignata apogrypha sunt.

Saeculum II. à 100. ad 200.

S Ignatii Epis. & M. scripta quædam certa, aliqua suspecta, nonnulla procul dubio apo-

apogrypha Casimirus Oudin de scriptoribus Ecclesiasticis.

S. Quadratus, S. Aristides, Tatianus, S. Justinus M. Athenagoras, S. Apollinarius Epis. Musanus, Serapion Antioch. Epis. Mart.

S. Evaristi, & omnium Romanorum Pontificum Epistolæ usque ad Siricium, à Cardinalibus Baronio, Bellarmino & aliis fere omnibus habentur supposititicæ, ijs exceptis, quæ infra memorabuntur. Non desunt tamen qui pro his adhuc pugnent.

Secul. III. à 200. ad 300.

S Irenæus, Tertullian: Clemens Alexandrinus, Minutius Felix Rom. Caussidicus S Zoticus, S. Cyprianus, S. Archelaus, S. Malchion.

S. Cornelij Papæ Epistola ad Fabium, & alia ad Cyprianum genuinæ censentur. Quæ S. Sixti Pontificis nomine editæ sunt à Rufino sententiæ, ad sextum Ethnicum Pythagoricæ sectæ Philosophum spectant.

Secul. IV. à 300 ad 400.

Arnobius Senior, S. Methodius Ep: & M. Lactantius, Firmianus, Victorinus, Rhet: S. Hilarius Pictav: Eusebius Cæsariensis, S. Turibius Epis. S. Serapion Epis. Gregorius Bæticus, S. Athanasius Epis. Sebadi-

badius, Pacianus Ep. Didymus Alexand. S. Optatus Milevit. Ep. S. Basilius Mag. S. Gregorius Nazian.

S. Julij Pont. Epistola I Liberij I. S. Damasi opuscula quædam genuina sunt. *Schelestrat. in antiquit. illust.*

Sæcul. V. à 400. ad 500.

S. Epiphanius S. Philastrius, S. Ambrosius, S. Theophilus Alex. S. Joan. Chrysost. S. Hieronymus, S. Innocentius, S. Augustinus, Olympius Tolet. S. Cyrillus Alexand. Theodoretus, S. Vincentius Lirinensis hæresum omnium malleus. S. Leo Magnus, S. Prosper Aquit. Theodorus Presbyter, Mochimus Phrygius, Gennadius Massilienſis Ep. Gelasius Cyzicenus.

Canticum te Deum Laudamus tribuitur S. Ambrosio & Augustino, sunt tamen qui scribunt compositum esse à Sisebuto S. Benedicti Monacho. *Cardin. Bona & alij.*

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

S. Fulgentius Rusp. Eugyppius Abb: Ferrandus Diacon, Vigilius Tapsensis Epis: auctor librorum de SS. Trinitate, qui olim D. Athanasio perperam adscripti. Joann. Maxentius victor Afric. Zacharia Mitylen: Leontius Byzant. Rusticus Rom. Dia-

Diacon. Facundus Hermianensis, Anastasij Sinaitæ duo, Antiochenus Patriarcha & alius Monachus.

S. Hormisdæ, S. Joannis I. Bonifacii, S. Sylverij Pelagii I. & II. Epist. suppositiæ.

Secul. VII. à 600. ad 700.

S. Sophronius Hierosoly. Ep. S. Isidorus Hispal. Joannes IV. Papa prædecessoris Honorij Apologiam scripsit, D. Eustratius Presbyter Constantinop. S Martini I. Epistolæ probantur omnibus. S. Maximus Monachus & Mart.

Anastasius Monachus Constantinopol.

S. Hildephonsus Tolet. Epis. S. Julianus Toletan. Epis.

S. Deusdedit Epistola supposititia.

S. Benedicti Epistolæ ad Petrum Notarium, & ad Ervigium Regem à Cardinali Baronio spuriæ censentur.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Wilfridus Ripanensis, S. Germanus Patriarcha C. P. sed operis illius contra hæreses vix supereſt fragmentum.

S. Joannes Damascenus præter alios omnium primus, Theologiam recto ordine comprehendit. *Bellarminus.*

Anastasius Ab. Judæos libello exagitavit.

Beatus Abb. & Etherius Uxamensis.

Hadrianus I. Pontif. Rom.

S. Pauli I. Epistola supposititia.

Liber de divinis officiis, qui Alcuino tribuitur, *videtur farrago ex pluribus collecta.*

Saeculum IX â 800. ad 900.

Dungallus Diacon. S. Methodius Patriarcha C. P. Amalaricus Fortunat: Paulinus Aquilejens. Paschasius, Ratbert. Abb. Jonas Aurelian. Episc. Amalarius Metens. S. Theodorus Studites, S Eulogius Episc. & Mart. Nicephorus Patri: C. P. Agobardus Epis. Amolo Diac. Hincmarus Remens. Lupus Servat. Ratramnus Corbeicens: S. Remigius Lugdun. Theodor. Abucara.

Formosi Papæ Epistola suppositia.

Stephani IV. Epistolam ad Selvam &c. vel Suppositiam vel interpolatam censent eruditi.

Sacul. X. â 900. ad 1000.

Leo VI. Imperat. Græco: cujus nobilis extat Epistola de Fidei Christianæ veritate, Adrevaldus Calamo S. Eucharistiâ propugnavit, contra Joannem Scotum, qui primus ausus est de divino mysterio blaterare.

Stephanus Eduens. Epis. Aretas Cæsariens. Presbyter.

Auxilius Formosi Pontif. Ordinationes defendit, ipse tamen eget defensore.

S. Dun-

S. Dunstanus Cantuariens. Ep. Sacri Cælibatûs egregius propugnator.

Ratherius Veronens. Ep. Herigerus Abb.

Sæc. XI. à 1000. ad 1100.

S. Fulbertus Carnot. Ep. S. Leo IX. Papa, Humbertus Card. Deoduinus, seu Theoduinus Leodiens. Epis. insignem scripsit Epistolam de corpore & sanguine Domini, quã mutilam aliqui perperam edidêre sub nomine Durandi Leodiens. Epis. qui ante natam Berengarii hæresim 1024. obierat.

Hugo Lingonens. Episc. Durandus Troarnens. Abb. Lanfrancus Cantuari. Episc. Guitmundus Aversanus, Adelmannus Brixiens. Algerus Monachus egregii SS. Eucharistiæ propugnatores.

Sæcul. XII. â 1100. ad 1200.

Stephanus Halberstatens. Rudolphus Ab. S. Trudonis, Ganfredus Antisiodoren. S. Anselmus Cantuari. S. Bernardus Ab. Theorianus, Petrus Cluniacens. Abb. Hugo Etherianus.

Petrus Lombard: Parisiens. Epis. & Bandoinus Scholast: Theologiæ Fundatores

Guillelmus Antisiodorensis Scholasticus, vel Scholastico similis.

Sæc: XIII. à 1200. ad 1300.

Nicetas Choniates, Lucas Tudens. Guil-

lelmus Diacon. cujus opus contra Judæos Possevin. perperam tribuit Petro de Palude.

B. Albertus Magn. S Thom. Aquin. S. Bonaventura Cardinal, Raynerus Sacconius Ord Prædicatorum.

Raymundus Martini, cujus *pugio Fidei*, meritò laudatur.

Pantaleo Diacon. Græcus contra præcipuos Græcorum errores scripsit.

Scholastica Theologia.

Petrus Pictavienſ. Guillelmus Parisienſ. Robertus Pullan; Præpositus: quem S. Thomas aliquoties laudat.

Albertus Magn. Alexander Hallenſ. falsò creditur D. Thomæ Præceptor.

S. Thom. Aquin. S. Bonaventura, Petrus Alvernus, Petrus de Tarantasia. Postea Innocentius V. Ægidius Columna, Udalricus de Argentina, Henricus Gandavensis, Richardus de Mediavilla.

Moralis Theologia.

S. Raymundus de Pennaforte, jure moral. Theologiæ parens appellandus, nulla enim agnoscitur summa, ut ajunt, Raymundinâ vetustior.

Secul. XIV à 1300. ad 1400.

Jacobus de Termis Abb. Nicolaus Trivertus, Victor Porchettus de Salvaticis, Andro-

Andronicus Comenus, Guido Carmelita seu de Perpiniano.

Alvarus Pelagius, Theophanes Niceæ Archiepisc.

Nilus Cabasilas, & Nicolaus, Nili nepos, hostes Latinorum.

Thomas de Bravardina cujus opus de causa Dei contra Pelagium celebratur.

Manuel Calecas, Nicolaus Oresinius, Petrus Paludanus, Joannes Cyparissiota Nicolaus Eymericus.

Scholastica Theologia.

Joannes Parisiens. Joann. Duns Scotus, Petrus Aureol. Joannes de Neapoli, Antonius Andreas. Durandus de S. Portiano, Guillelmus Okam, Hervæus Natalis, Francisc. de Mairone, Henricus de Urimaria, Augustinus Triumphus, Adamus Gondam, Robertus Holkott, Gregorius Ariminens. Petrus Paludanus, Joannes Bacconus, Thomas Argentin: Alphons. Vargas.

Theologia Moralis.

Joann. de Friburgo S. Raymundi commentator, quem perperam aliqui in Sæculum XV. reiiciunt, Angelus de Clavasio, Baptista de Trovamala

Monaldus Patriâ Picenus, sed vulgò Justinopolitanus, auctor summæ, quæ per errorem

re[illegible] tributa est Monaldo Martyri, ab his, qui ex tribus Monaldis unum efficiunt. *Videatur Martyrolog. Franciscan. 16. Martij, 9. Novemb: & 11 Decemb.*

Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.

Raynerius Pisanus auctor Pantheologiæ, Hieronymus de S. Fide, Joseph Methonensis, Petrus de Alliaco Card: Gregorius Scholarius, qui & Gennadius dici voluit. Nicolaus de Clemangis, Alphons. Tostatus Abulens. Episc. Raymundus Sebundus, Thomas Valdensis, Turrecremata Card. Bessarion Card. Gregor. Proto-Syncellus. Isidorus Thessalonicens. Card. Ægidius Carlerius, Joan. Gerson, Joan. de Monte Nigro. S. Joan. de Capistrano, Nicolaus de Cusa, Cardin. Alphons. à Spina, cujus est *Fortalitium Fidei*. Ambros. Camaldulens. Finus Hadrian: Joan. Picus Mirandulan: Hieronym. Savanorola.

Theologia Scholastica.

Henricus de Hassia, Marsilius de Inguen, Joan. Capreolus, Petrus de Alliaco, Dionysius Richelius, seu Carthusian: Joan. Basolis, Ægidius Carter. Conrad. Summehart: Nicolaus de Orbellis, Gabriel Biel.

Moralis Theologia.

Joan. Nider, Joan. Tabiens, sive Cagnatius,

tius, Ægidius Carlerius, Franciscus de Platea, S. Antoninus, Sylvester de Prierio.

Sec. XVI. à 1500 ad 1600.

Thomas de Vio Cajetan. Cardin. Eckius, Cochlæus, Joann. Faber Viennens. Joann. Driedo à Tornout, Jacobus Sardoletus Cardin. Joann. Franciscus Picus Mirandul. Stanislaus Hosius Card. Contarenus Card. Joann Medina, Alphons. à Castro, Rotsensis Card. Catherinus, F. Dominicus Soto, Titelmannus, Sanctesius Epis. Galetinus, Ruardus Tapper, Latomus, Clotovæus, Claudius Seyssellus, Edmund. Campian: Petrus Canisius, Stapletonius, Pighius, Democharcs, Espencæus, Augerius, Alanus, Lindanus.

Theologia Scholastica.

Joan. Major, Thom. de Vio Cajet. Franciscus Lychetus Hadrian. VI. Francisc. de Sylvestris, Joann. de Medina, Conradus Kœlin, Franciscus Victoria, Alphons. de Castro, Dominicus Soto, Joan. Viguer. Melchior Canus, Petr. Sotus, Martin. Ledesm. Anton. Cordubens. Francisc. Tolet. Card. cujus Manuscripti Commentarii in Summam D. Thomæ, servantur in Collegio Romano Societ. Jesu.

Theologia Moralis.

Thomas de Vio Cajetanus, Bartholomæus

mæus Fumus, Martinus Azpilqueta vulgò Navarrus, Emmanuel Rodericius, Emmanuel Sa, Franciscus Toletus, Henricus Henriquetz.

Sæc: XVII à 1600. ad 1698.

Robertus Bellarmin. Cardin: Petronius Card. Thomas Bozius, Fevardentius, Coestettau, Serrarius, Gretserus, Cocius, Arcadius, Florimundus Raymundus, Gordonus, Huntlæus, Malvenda, Gravina, Valentia, Petrus Cottonus, Pellerarius, Boverius, Sirmondus, Dionysius Petavius, Tyrinus, Richelius Card. Spondanus Epis. Annatus, Allarius, Petr. de Marcui, Michaël de Elizalde, Honorat. Fabri, Raymundus Capizucchius Card: qui præter editos libros, alios paratos prælo moriens reliquit.

Scholastica Theologia

Ludovicus Molina, Bartholomæus Medina, Franciscus Suaretz, Michaël Medina Gabriel Vasquetz, Dominicus Bannetz, Gregorius de Valentia, Didacus Alvaretz, Jacob. Granado, Francisc. Albertin. Hieronym. Fasolus, Leonardus Lessius, Theodorus Smissing, Martinus Becanus, Petrus Arrubal, Valentin. Herrice, Adam, Tannerus, Philipp. Faber, Didacus Ruitz de Montoya, Andr. Duvallius, Francisc. Sylvius, Nicolaus Isambertus, Phi-

Philippus Gammachæus, Ludovic. Mæratius, Franclsc. Amicus Joann. à S. Thoma, Joannes Martinetz de Ripalda, Joann. Martinon, Joann. Poncius, Angelus à monte Piloso, Bartholom. Mastria, Francis. de Arauxo, Anton. Peretz, Joann. de Lugo, Collegii Salmanticens: P. P. Carmelit. Excalceatorum Auctor, Joann. Caramuel, Roderic. de Arriaga, Marcus Serra.

Petrus de Godoy, Martin. de Esparza, Joann. Baptista Gonet, Vincent. Contenson, Vincent. Ferre, Nicol. de Arnu, Nicol. Martinety, Sylvester Maurus, de Rhodes, & plures alij.

Moralis Theologia.

Joannes Azor, Thomas Sanchetz, Thom. Malvenda, Valerius Reginald. Vincent. Filliucius, Basilius, Poncius, Martinus Bonacina, Stephan de Avila, Gregor. Sayrus.

Paulus Layman, Baptista Fragosus, Ferdinandus Castro Palao, Stephanus Fagundetz, Vincentius Candidus, Joannes Baptista Lezana, Nicolaus Baldellus, Stephanus Bauny, Francisc. Bordonus, Antoninus Diana, Francisc. Pellizarius, Joan. Ægydius de Trullench, Petrus Marchant, Leander à S. Sacramento, Joann. de Dicastillo, Joann: Bossius, Joann. Caramuel, Sebastian. Salelles, Hurtado, An-

dreas Mendo, Matthæus de Moya Joann. Cardenas, Georg. Gobat.

Vivi suspiciuntur adhuc, & nondum memorantur.

SERIES QUARTA,

Jus Canonicum, civile & Legum Latores à Christo nato ad annum 1698.

Seculum I. à 1. ad 100.

Postquam Res Romana ad unius potestatem devenit, Romanorum Ingenia secuta Principatûs rationem, plus in cognoscendo jure civili, quàm in prosequendis eloquentiæ studijs operæ posuerunt: floruêre itaque.

Attejus Capito, Labeo Antistius M. Coccejus Nerva Pater & filius, Maturius Sabinus, Cassius Longinus, à quo Cassiani, qui illius placita asserebant, Cœlius Subinus, Sextius Pedius, Pegasus.

De Canonibus Apostolorum Antiochenæ Synodo adscriptis, apud eruditos lis est.

Secul. II. à 100. ad 200.

Juventius Celsus cognominis Patris filius, Neratius Priscus Celsi in Consulatu Collega.

Ulpi-

Ulpius Marcellus, Jabolenus.

Domitius Labeo, Volutius Metianus, Marcus Salvius Julianus, cujus extat edictum perpetuum Archetypon Pandectarũ.

Sebidius Scævola, Vindius verus, Didius Julianus, Salvii Juliani filius, ingenio celebris, sed brevi tyrannide infamis.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Æmilius Papinianus, ejusque auditores, Cajus, Marcellus, Ulpianus, Pomponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Africanus, Modestinus, Celsus, Julius, Paulus, Trisonius, Marcellus, Venatus, Alpherus Florentinus, Calistratus, Severus, Severianus, è quorum fragmentis contextæ sunt Justiniani Pandectæ.

Proculus, à quo Proculiani dicti sunt sectatores.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Editi sunt Canones Petri Ep: Alexandrini circa lapsos recipiendos.

Hebræorum Rabbini legum, seu potiùs errorum interpretes, qui Misnâ continentur & in Talmud concinnando operam posuêre: Rab, filius Nahaman Bereschit, Rab, & cæterarum Rabboth, Rabfilius Joseph, quem Hebræi jactant numerâsse 12. auditorum millia.

Hoc & sequenti sæculo inter horrendos Strepitus armorum, audiri vix potuêre legum, earumque interpretum voces.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Sub initium hujus sæculi prodiisse videtur collectio vetustissima canonum, quâ usa est Ecclesia ante Dionysium Exiguum.

Lex Salica apud Demeram in Brabantia lata, cum primùm Francis Saliis lingua latina cœpit esse familiaris. *Bollandus in vita S. Sigeberti.*

Codex Theodosianus jussu Theodosij Junioris vulgatur an. 435.

Attila Hungariæ regnum legibus munit.

Gothi leges habent, ab Eurico R.

Talmud Hierosolymit. perficitur an. 469.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Tribonianus Justiniani jussu Digestorum compilator. usus est operâ aliorum 16. qui fuêre, Patricius, Leontius, Phocas, Basilides, Thomas, Constantinus, Theophilus, Dioscorus, Præsentinus, Dribonianus, Dorotheus, Isidorus, Oradinus, Tetelleus, Theodorus, Anatolius.

Talmud Babylonicum Hierosolymitano præstantius à R. Maur absolvitur 505. dividitur in Mischnum, hoc est legem secundam seu iteratam, & Gemaram, hoc est supplementum.

Diony-

Dionysius Exiguus, Joann. Scholasticus, Fulgentius, Ferrandus, Martinus Braccarensis seu Dumiensis canones collegêre.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Marculphus Monachus, à quo habemus Formularum libros.

Mahometes Heraclio imperante Alcoranum evulgat.

Longobardorum leges Rhotaris Rex in tabulas refert 644.

Mohavia Calipha Babylon: 200. diversos Alcorani Commentarios conciliare nititur, eosque ad sex libros contrahit, sed inde quatuor Mahometanorum sectæ ortum habuêre, Melichi, Imemiana Halys, Omari, & Odomanni, prima Arabes, 2. Persas, 3. Turcas, 4. Tartaros habet sectatores.

Cresconius Ep. Canones colligit an. 696

Cracus I. Polonis leges tulit an. 700.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Theodorus Cantuariens. Auctor Pœnitentialis. *Vide Oudin.*

Cum Justinianus Civilem doctrinam instaurâsset, vetuit ne cuiquam de jure deinceps scribere liceret.

Quare Romana jura Scriptores interpretes per plura sæcula non habuêre.

Apud Hebræos floruêre primi Talmudi interpretes.

Capitula selecta Canonum Hibernensium apud Dachery tom. II.

Hadrianus Papa, Angliramnus Ep. Isidorus Mercator Canones colligunt.

Carolus Magn. Leges Bojacas novis tabulis auget 788.

Secul. IX. à 800. ad 900.

Carolus M. Gallis, Italis, Germanis leges tulit, quæ Capitularibus continentur, hinc apud Italos jus Francicum viget.

Ansegisus Abb. Capitularia Caroli M. & Ludovici Pii collegit, quibus paulò pòst non pauca Benedictus Diacon. adjecit anno 845.

Photius C.P. edit Romocanonem: Isaac Bonus collectionem Canonum adornavit.

Flori Lugdunensis collectanea Canonum circa 860.

Kennerus Regnum Scotorum à se auctum novis legibus temperat.

Saculum X. à 900. ad 1000.

Rhenigo Ab. & Atto Vercell. Ep. Canonum peritissimi.

Henricus Auceps Saxoniam legibus & moribus informat.

Cùm Jus Civile Romanum hoc Sæculo vix esset Italiæ notum, Otho I. Imperat. novas

novas leges, nova instituta in Roncaliarum conventibus Italis dedit, quorum adhuc aliqua supersunt vestigia, hinc Saxonicum Jus apud Italos.

Henricus Ep. Remens. scripsit opusculum de pœnitentiis injungendis.

R. Moyses dilabentibus in oriente Hebræorum Academiis Cordubæ in Hispania Talmud interpretari aggressus est. an. 999.

Secul. XI à 1000 ad 1100.

S. Burchardus Wormatiens. Ep. an. 1062 Deusdedit Cardin. 1086. colligendis Canonibus inclarescunt.

Collectio Canonum, quæ vulgò S. Anselmo Lucensi tribuitur, ab eruditis Hildeberto Cenomanensi adscribitur.

R. Hai Gaon summus apud Babylonios Talmudicorum Princeps, & postremus è Jechoniæ Regis familia. *Genebrard.*

S. Olaus Rex Norvegiam legibus datis ad frugem meliorem perduxit.

Guilelmus Nortmannus Victor Anglis jura dat, quæ postea ab Eduardo III. temperata sunt.

Secul. XII. à 1100. ad 1200.

Lotharius II. jubet Italos omnes uti jure Romano, hinc illud Bononiæ suscipit interpretandum Wernerus, sive Irnerus dictus Lucerna Juris, mox post illum Pileus modic. Hugolinus, Placentius, Bargarottus, Bosianus, Martinus, Bulgarus. In-

Innocentius II. Causidicis Romanis certas leges assignat, vetatque clientum patrocinium esse venale.

Ivo Carnot. Episc. Theodor. Balsamon Episc. Stephanus Aurelian. Epïsc. florent. Gratian: edit decretum 1151. Laborans centum Canones colligit.

S. Ericus R. & M. Suevis & Gothis jura dedit.

Iurisperiti rebus intenti in hoc Saeculo, quo lingua latina penè defecerat, verba neglexere, & hinc barbaries eorum scriptis affusa est.

Sæc. XIII à 1200. ad 1300.

Azzo fons legum, Simbaldus postea Innocentius IV. Jacobus de Bellovisu. S. Raymundus de Penaforte, Henricus Card. Ostiensis, Guillelmus Durandes speculator castri cognominis in Umbria conditor, nunc ab Urbano VIII. cum Episcopi honore nobilius Urbaniæ nomen nacti. Accursius, Odofredus, Quido de Bayso, Joannes de Blanasco, Francis. Accoltus, Alexius Aristinus Græc. Canones colligit.

Gregorius IX. Vetat in Academia Parisiensi tradi jus civile, *Genebr.*

Alphonsus X. Leges, quas partitas vocant, Hispanis dedit.

Bonifacius VIII. Decretal: VI. evulgat anno 1297.

Sæc.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Richardus de malis umbris, Bertrandus Gothus postea Clemens V. â quo Clementinæ, Dinus Mugellanus, Petrus Bertrandus Card. Jacobus de Arena, Oldradus de Ponte, Jacobus de Buttigariis, Bartolus de Saxo ferrato, Joann. Andreas, Lupus de Castellione, Bellamera, Albericus, Rosciatus I. Radulphus de Rivo, Nicolaus Eymericus, Arsenius Monachus, Græcus Canonum collector.

Garolus IV. ordinatâ re judiciariâ Bohemis jura descripsit.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Salicetus, Joannes de Imola, Zabarella Card. Jacobatius Card. Antoninus de Butrio, Nellus à S. Gemin. Petrus Ancharanus, Baldus de Ubaldis, Paulus de castro, Ludovicus Romanus, Troilus Malvitius, Nicolaus de Tudeschis vulgò Ab Panormitanus, Bartholomæus, Socinas, Petrus Philipp. Corneus, Andreas Barbatius, Alexander de Imola, Bartholomæus Cepolla, Joann: Franc. Bonvinus, Turrecremata Card. Nicasius Wordanus.

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Parisius Cardin. Alciatus, Bolognettus,

Sam

Sanderus, Mainus, Decius, Pet: Rebuffus, Ferretus, Zazius, Tiraquellus, Simancas, Franciſc. Balduinus, Niguſantius, Hotomannus, Cervantes, Covaruvias, Mart. Navarrus, Proſper, S. Crucius Card. Durantius, Briſſonius, Molinæus tandem factus Catholicus, Donellus, Caſſaneus, Cujacius, Mandoſius, Cravetta, Ugolinus, Anton: Auguſtin: Epiſ: Garcias Loyaſa.

Aliqui ex his, inter quos Alciatus, Briſſonius, Cujacius, veteres Iurisperitos imitati, latinum in ſcribendo candorem amandârunt.

Sæc: XVII. à 1600. ad 1698.

Tucſus Cardin. Petrus Gregor. Toloſanus, Maſcardus, Farinacius, Mantica, Card. Olivar: Card. Surdus, Alexander Ludoviſius poſtea Gregor: XV. P. Merlinus Penia, Coccinus, Bichius, Dunozetus, Altorad: Barboſ. Tondutus, Zipæus, Fremoſin. Altaſerra, Pax Jordan: Gonzaletz, Teletz. Joan. de Luca Card. Nicolaus Severolus, cujus lucubrationes pluribus tomis comprehenſæ prælo adornantur ab eruditiſſimo F. Marcello,

Petrus Otthobonus Pontificij juris oraculũ poſtea Alexander VIII. Rom. Pontifex.

Omittuntur, qui in numero vivorum etiamnum cenſentur.

SERI-

SERIES QUINTA.

Philosophia & Philosophi insigniores à Christo nato ad 1698.

Saculum I. à 1. ad 100.

Athenodorus Tarsens: Stoic: Xystus Pythagor: Socion & Attalus Senecæ Magistri.

Platonici Juniores, inter quos Philo Judæus.

Annæus Cornutus Persij Magister.

Potamon Alexandrin: Electricis sectæ parens.

L. Annæus Seneca, Nicol: Damascenus.

Alexander Ægeus, Euphrates, Cheremon Stoic: Serapion.

Apollonius Tyaneus Philos: & Mag.

Plinius historiæ naturalis scriptor, semper eruditus, sed non semper verax, notis optimis ab Harduino illustratus.

Saculum II. à 100. ad 200.

Plutarchus, C. Masonius Rufus.

Sextus Empyricus, Phavorinus Gallus.

Epictetus, Arianus.

Philo-

Philosophia M. Aurelio Antonino Imperante Romæ maximè floruit.

Maximus Tyrius, Alcinous Apulejus.

Agathobulus, Oenomaus, Taurus Berytius, Platonici.

Celsus hostis Christianorum, Aristides Christianus, Apollonius & Basilides Cæsaris veri Magistri.

Carpocratiani hæretici Platonem & Aristotelem adorabant.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Alexander Aphrodiseus & Ammonius Aristotelis interpretes.

Plotinus & Longinus, Amelius Apamienfis, Edesius, Plotinus Platonis Sectator obscurus, & Magus Porphyrii Magister.

Olympius Philos. & Magus.

Platonici plurimi Christianis, alii hoc ævo Magis accessêre.

Aliis Patrum Aristoteles, aliis Plato hoc Sæculo Christianæ Religioni opportunior videri cœpit.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Porphyrius dictus à veste, quâ utebatur purpureâ, sed aliis ex Suida Malchus, ex Vollaterano Basilides appellatur, ex Judæo Christianus, & tandem Apostata. *Di Hieronym in Epist. ad Gal.*

Maximus Ephesius & Jamblicus Platonici, & Pythagorei, Juliani Cæsaris Magistri,

Themistius Aristotelis interpres, Priscus Philosoph. & magus.

Julianus Cæsar Nicomediæ à Maximo perversus, Christo deserto Philosophiam, seu verius magiam adamavit.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Hypatia Theonis geometræ filia Isidori Philosophi uxor, Philosophiam, Mathesin & alias disciplinas Alexandriæ in frequenti auditorio professa est, confluentibus undique discipulis, laniata est in seditione populari 415.

Synesius Ethnicus Philos. Hypatiæ auditor. Postea Ptolemaidis Episcopus, Claudius Mamertus, Coluthus Thebanus.

Olympiodorus Aristotelis & Platonis interpres, Procli Lycij magister.

Syrianus quem Alexandriæ docentem Proclus Lycius audivit.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Proclus Lycius hostis Christianorum Philos. & Mathem.

Boëtius Aristotelis libros aliquos latinâ linguâ primus donat, & commentariis illustrat, unde apud Latinos magis inclaruit Aristoteles.

Marcianus Capella Philos. & Philologus, Joann. Grammaticus cognomento Philo-

loponus, Simplicius, Phrygius, Aristote lis interpretes. Æneas Gazæus, Marinus Neapolitan. Procli auditor, Damascius, Stoicus Platonis commentator. Zacharias Mytilen: Philos: nobilis.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

Liber de naturis rerum scriptus ad Sibertum Principem à S. Isidoro Hispalensi, vitiatus est ab Episc. successore Theodicio

Adelmannus & Cleofridus Bedæ magistri, Philosophi & Theologi nobiles.

Hoc & sequenti sæculo Philosophia in sola Britannia visa est floruisse.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Artuillus nobilissimi Reguli in Scotia filius, sed arcanæ Philosophiæ cognitione nobilior, *Leslæus.*

Beda Philosophiæ libros 4. scripsit. Extant. *in tom. 2. ope.*

Alcuinus Flaccus & Joann. Scotus Bedæ discipuli Philosophiam in Academia Parisiensi professi sunt, & inde in omnem fere Europam propagata est.

Arabibus, sive Mauris Hispaniam occupantibus, alchimiæ disciplina ad Europæos transiit. *Voss.*

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Claudius Scotus Bedæ discipulus, Alcuinus socius.

Alfre-

Alfredus Rex Anglorum omni doctrinarum genere excultissimus, qui diei, noctisque horas ita dividebat, ut octo primas in lectione, scriptione & meditatione, octo in regni administratione, postremas denique poneret in corporis cura *Gualt.*

Michaël Psellus Leonis Imperat: præceptor, Joann: Scotus Eringena Philos. & Mathem. Hincmarus Ep: Remensis egregia dedit regibus Philosoph. præcepta.

Nanno in aula Caroli Simplicis Philosoph: nobilis.

Saculum X. à 900. ad 1000.

Alpharabius Philos. & Medic. Arabs.

Geneberdus Philos. & Mathem. egregius, postea Sylvester II. Rom. Pontif.

Rasis dictus Almansor seu Aluberte Arazi, Philosophorum & Medicorum sui temporis facilè princeps, genere Arabs, sed educatione Africanus floret.

Dicitur etiam historiam Hispanicam scripsisse, Paschalis Gallus in vitis Medic.

Sacul. XI à 1000 ad 1100.

Aboali Abinsceni vulgò Avincenna Medicus & Philos. Arabs celeberrimus obiit anno 1050. natus patre Medico ejus ætatis nobilissimo, in oppido Balac. alii Baldac, sive Bagdati.

In fine hujus sæculi dividuntur Peripatetici in Reales, & Nominales.

Michaël Psellus alius à Leonis Sapientis præceptore, floruit ab Isaaco Comneno Imperante, usque ad Michaëlem Ducam quem erudiit.

De Psellis videndus Allatius, in tract: de historicis nodis explicandis.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Averroes sive melius Avenrhoes Arabs Cordubensis Philos. & Medicus, cuius filij in aula Ænobarbi aliquando vixêre.

Baalardus Ab: Arhelardus Abb.

Michaël Anchialius Patr. C. P. & Philos: nobilis 1172.

Vix nata Scholastica Theologia sui amatores ad acrius Philos: studium incitavit.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Alfredus, Theodorus Metochita, Kilvarbius, Petrus Hispanus, seu potius Lusitanus qui postea Joann: XXI. Pontif. R.

Alexander Hallensis, B. Albertus Magnus, Vincentius Bellovacensis, Robertus Capito. Hallensis Albertus, & S. Thomas præcipuè Aristotelem, quo Arabes contra nos abuti consueverant, Christianæ veritati servire docuerunt.

Michaël Scotus, Alexander de Villa Dei, Ray-

Raymundus Lullus mirabilis artis inventor, sed plerumque fallacis.

Parisiis 1210. non opera Aristotelis, sed falsò Aristoteli adscripta, damnata & combusta sunt, ut Labbeus rectè monet.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Joannes Duns Scotus sectæ celeberrimæ princeps moritur 1308. Gualterus, Burlæus, Robertus Crucius, Ægidius de columna, Godefridus. Cornubiensis, Anton. Andreas, Joann. Bassolus.

Franciscus Petrarcha moritur 1350. Marsilius de Inghen primus Academiæ Heidelbergens. Rector obiit anno 1394.

Nicolaus Eymericus Philos.

Ægidius Columnius quem Gualterius collocat in saculo 13 non est alius quàm Ægidius de Columna Romanus in hoc saculo.

Sacul. XV. à 1400 ad 1500.

Petrus de Alliaco Card. Paul. Venetus, Joann. de Marliano, Joann. Picus Mirandula: Marsil. Ficin. Bassarion Cardin. Georg. Gemisth. Pletho, Paulus Soncinas, Joann. Francisc. Picus Miranduli Joann. ex fratre nepos.

Bessarion Card. & Marsilius Ficinus iam diu jacentem Platonis sectam erigere nisi

sunt, sed conatu parum felici, semper enim à pluribus sæculis doctrinæ & Religioni summorum virorum judicio, Aristoteles visus est opportunior.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Niphos, Jacobus Olivarius I. Cæsar, Scaliger, Cardanus, Mutius Justinopol. Anton. Trombetta, Carpentar. Pendasius, Theophrastus Paracels. novæ suspectæque sectæ parens, Javellus, Bernardin. Telesius novarum opinionum inventor, quibus posteriori sæculo visus est adhæsisse companella.

Petrus Ramus Aristotel. & Catholicæ Religionis hostis, Joann. Baptista Porta auctor magiæ naturalis.

Jacobus Zabarelle Patavinus.

Emmanuel Goës auctor Collegii Conimbricensis.

Franciscus Toletus Cardin. obiit 1596.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1698

Hurtado, Mendoza, Oviedo, Rubius, Carteſius novæ sectæ parens, Gassendus, Bacconus, Campanella, Mastrius, Fromondus, Resta, Cabæus, Crassotius, Montagna, Gallutius, Aldrovandus, Arriaga, Licetur, Aversa, Sfortia Pallavicinus Card. Robertus Boil. Sylvester Maurus insignis Aristotelis Paraphrastes. Alphonsus Borellus, Honoratus Faber.

SERI-

SERIES SEXTA.

Medicina & Medici Celebriores à Christo nato ad 1698.

Sæcul. I. à 1. ad 100.

EUphorbus Antonij frater, & Jubæ Mauritiani Regis Medicus, Cassius & Scribonius Largus sub Tiberio.

Cornelius Celsus Latini Hippocratis nomine donatus.

Menecrates Sectæ rationalis assecla.

Valens & Xenophon sub Claudio.

Pedacius Dioscorides Neronis tempore.

Thessalus sub Nerone, Themisonis sectam suam fecit.

Andromachus Theriacæ inventor, Neronis Medicus, Crinas & Charmus Massilienses.

Evax Rex Arabum, Seleucus Cyzicenus, Stratocles Sidonius.

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Rufus Ephesius, Soranus Ephesius.

Cœlius Aurelianus Siccensis.

Hermogenes Hadriani Medicus. *Vocatur à Mercuriali Archigenes, sed alius ille fuisse videtur.*

Sex-

Sextus Empyricæ ſectæ propagator, cui perperam tribuitur liber de Medicina animatum.

Claudius Galenus Pergamenus inter duodecim ſublitiſſima ingenia à Cardano numeratus, & 200. voluminum auctor, dogmaticæ ſectæ propagator.

Julianus Antoninus ſub Alexandrinis.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Q. Serenus Sammonicus, cujus de medicina & morborum remedijs carmen ſupereſt, vixit ſub Severo & Garacalla, à quo in cæna interemptus eſt.

Serenus Junior Medicus Alexandro Mammeæ gratiſſimus. Hunc Gyraldus in Poëtarum Hiſtoria cum patre confundit.

Naumachus, Philargius, Lycius Naumachij auditor, floruit Probo imperante.

Sextus Africanus Chronologus & Medicus, Theodorus Priſcianus.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Zeno Cyprius & Philoſtorgius alius ab Hiſtorico.

Oriſabius Juliani Cæſaris Medicus, qui ſucceſſorum principum invidiâ juſſus exulare apud barbaros, ab ijs ob egregia medicinæ experimenta pro Deo quodammodo cultus eſt, teſte Eunapio Sardiano,

Aëti-

Aëtius Amydenus sub Juliano & Valentiniano.

Alypius Antiochenus, Vegetius auctor Mulomedicinæ, Julius Ausonius poëtæ pater, Theophilus Alexandrinus, Vindicianus, Theodorus Priscianus, dictus alibi Octavianus Horatianus, Marce: Burdegal.

Secul. V. à 400. ad 500.

Mangantius Genethliacus Anglus Vortigerni Regis Medicus in Britannia, anno 470. scripsisse de naturali magia testatur Pitsæus.

Gesius Petræus sub Zenone arte medicâ celebris.

Almæon medicus & Mathematicus.

Rusticus Elpidius Theodorici Italiæ Regis Medicus, qui & carminis gloriâ floruit.

Secul. VI. à 500. ad 600.

Dioscorus Alexandri Tralliani pater.

Alexander Trallianus qui Justiniano Imperante Therapeutica singularum corporis partium scripsit,

Austregilda Contrani Regis Aurelianensis uxor, moritura petijt à marito, ut medicorum, à quibus sanari non potuerat, fauces juberet elidi, quod plusquam barbarè factum narrat Gregorius Turonensis.

Theo-

Theodorus Mauritii Imperatoris Medicus S. Gregorio magno addictissimus.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Stephanus Alexandrinus Chymicus.

Quamvis in Europâ medicina jaceret, tamen in pretio fuisse apud Arabes, suspicari licet, cùm hi in sequenti sæculo eam instaurandam susceperint.

Secul. VIII. à 700. ad 800.

Ægidius Athenienſis Medicus & Philosophus nobilis D. Bened. sectator egregius.

Arabes in Academia Balbaricensi utilem medicinæ instaurandæ dant operam.

Joannes Serapionis filius inter medicos celebratur. *Gualterius in tabulis Chronolog. transfert ad sæculum undecimum.*

Sæculum IX. à 800. ad 900.

Mirum est, post Carolum Magnum qui facultates omnes vel exules revocavit, vel jacentes erexit, nullum inter medicos celebrari.

Usitatissima hoc Sæculo medendi ratio fuisse videtur per balnea, quæ in Scriptoribus memoratur.

Secul. X. à 900. ad 1000.

Eutychius Ægyptius Batrici filius ex Me-

medico Patriarcha Alexandr. 933. Babylone ad Tigrim, hoc est Bagdati, sive Baldaci, ut Petrarcha vocat, sæculo inclinante medicina præsertim excoli cœpit, siquidem ad Euphratem testibus Strabone & Plinio ante Augusti tempora jam interierat. Rasis magnum medicinæ columen eodem fere tempore floruit, eum enim docentem Avicenna adolescens audivit.

Sæc. XI. à 1000. ad 1100.

Isaac Beniamin, Jonas Cordubensis medici apud Hebræos nobiles.

Constantinus Afer Casini Monachus, Mathematicus & Medicus egregius.

Aboali Abinkenni vulgò Avicenna, cui plurimum medicina debet.

Joannes de Mediolano, cui tribuitur scholæ Salernitanæ carmen Leoninum.

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Joanna fil. Mesuah, sive ut dicimus latinè, Joannes Mesue: tanti cum fecêre medici, ut suum Evangelistam appellârint.

Rabbi Moyses filius Marmonidis.

Averroës non minùs inter Medicos quàm inter Philosophos nobilis.

Bartholomæus Salivarius, Alpharabius 1200.

S. Hil-

S. Hildegartis Virgo librum de Medicina reliquit. *Richer Monachus.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Hugo de Arato, Demetrius Pepagomenus, Nicolaus Myrepsus, nomen aliquod inter Medicos tulêre.

Rigordus Philippi Augusti Regis Galliarum medicus.

Joannes de S. Ægidio Theologus è familia S. Francisci & arte medendi nobilis, Joannes XXI. P. R. cujus liber medicis notus est, *Thesaurus pauperum.*

Quæ sæculo superiore visa est assurgere, hoc iterum sæculo cecidit ars medendi.

Celebres quoque fuerunt Paulus Ægineta, Agapius Alexandr: Stephan. Athenienfis. *De quibus nihil certi habetur quo ævo floruerint.*

Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.

Simon Bredonus, Marcus Beneventanus, Thomas de Galbo, Bonominus Permunenfis, Joann. Gatisdenus, Thadæus Florentin. Joann. Bassolus Theologus & Medicus.

Petrus de Apono cognomento Conciliator. Hic ab ægrotante Honorio IV. Rom. Pontif. vocatus centum indies florenos exegit, post recuperatam valetudinem mille donatus est.

Ab

Ab hoc sæculo ad nostra usque tempora medicina magnis aucta est incrementis.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Paulus Venetus, Hugo Senensis cognomento de Benciis, Marsil. Ficin. cujus aureus libellus de triplici vita meritò laudatur.

Hieronymus à S. Fide ex Judæo Christianus Pseudo Pontificis *de Luna* Medicus.

Jacobus Forojulianus, Ablosus Medicus, & Mathematicus, Rabbi Abraham Zacuti senior.

Clementius Clementinus Amerinus suo ævo apud Italos celebris.

Ludovicus Scarampus ex Medico Florentinus Ep. Pontificii exercitûs ductor egregius, & Cardinalis. *Raynaldus.*

Sæc. XVI. à 1500. ad 1600.

Joannes Fernelius. Oliverius, Fracastorius, Rondeletius, Argenterius, Fallopius, Vessalius, Gesnerus, Capivaccius.

Theophrastus Paracelsus omissâ consuetâ medendi ratione, novam professus est Chymicam, quâ cùm aliis sæcula polliceretur, ipse ætatis anno 48 interjit. Magusne fuerit, an medicus? relinquitur in medio.

Incisio corporum hoc & sequenti sæculo tractata felicius, multa & medicos & Philosophos docuit.

Sec: XVII à 1600 ad 1698.

Daniel Senertius, Riverius Mercurialis, Harvæus, Riolani duo, Vallesius Mercatus, Bartholinus pater & filius, Janforter, Thomas Willis, Harvæus asserta in humano corpore sanguinis circulatione magnum Medicis lumen attulit.

Transfusio sanguinis ad vires reparandas infeliciter in Gallia & in Italia tentata est.

Dogmatica secta novis inventis ita profecit, ut immutata aliquantulum videatur.

SERIES SEPTIMA.

Mathematica & Matheseos cultores à Christo nato ad 1698.

Secul. I. à 1. ad 100.

STrabo Amasenus Geographus, Strato itidem Amasenus, eriam Geographus. *videtur verosimilius Stratonem & Strabonem eundem esse, & geminos factos mendo librariorum.*

Trasyllus, Marinus, Tyrius, Hyginus, Mela, Proclus senior.

Andromachus Cretensis primus edit Theorias Planet: sub Vespasiano.

Tibe-

Tiberij Cæsaris edicto Mathematici, rectiùs, damnatæ astrologiæ professores urbe pulsi.

Saculum II. à 100. ad 200.

Menelaus Dionysius Halicarnass. alius ab Historico. Phlegon Trallianus Hadriani libertus.

Diophantus Alexandrinus Algebræ inventor, ut Regiomontanus rectè monet; quamvis alij Arabi Gebro nobile inventum hoc tribuere malint. Claudius Ptolomæus Astronomiam & Geographiam feliciùs excoluit, ideoque & Astronomorum, & Geographorum princeps semper est habitus.

Secul. III. à 200. ad 300.

Censorinus libello de die natali, locum inter Mathematicos obtinuit.

Alexander Aphrotis librum de musica edidit.

Porphyrius sub Aureliano & Probo, Musicum opus, & Isagogen rerum musicarum in lucem dedit.

Anatolius Laodicensis Episc: de numeris scripsit 283.

Secul. IV. à 300. ad 400.

Gervasius Tlberiensis Anglus Geogra: Rabbi Adda auctor K[illegible]lend; Hebraici.

Aëtius Amydenus Medicus, & Mathem. Abiſeida Syrus. Diodorus Monachus, & Epiſ: Tarſenſis, Eurocius Aſcalonita, Julius Firmicus, Theon Alexandr. Geometra Hypatiæ pater,

Ruffus Avienus, Pappus Alexandr. Panodorus Euſebii in Chronolog: emendator.

Secul. V. â 400. ad 500.

Diocles cujus ſuperſunt Harmonica. *Sed videtur ejus ætas incerta, quanquam à Raymundo hîc collocetur.*

S. Cyrillus Alexandr. S. Proſper Aquitanus ſcripsêre de Cyclo.

Victor Aquitan. auctor novi Cycli.

Urbicius ſcripto de machinis celebris.

Geminus Rhodius & Philo Thyaneus, Geometræ.

Ambroſius Merlinus alius à Caledonio vates Anglorum & Mathem.

Almæon Mathem. & Medicus.

Thius circa an. Chr. 500.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Proclus Lycius Philoſ: & Mathem: Boëthius, Hero ſenior mechanicus, Martianus Capella, Marinus Neapolitan: Dionyſius Exiguus Chronol. Anthemius mechanicus, Priſcianus Grammaticus edito de ponderibus & menſuris libello Mathematicis accenſetur. S. Victor Capuanus ſcripſit de

de Cyclo Paſchali, Stephanus Byzant: de urbibus. Hujus epitomen concinnavit Hermolaus Grammaticus.

Heliodorus Lariſſæus Geograph.

Mauritius Imperator tactica ſcripſit.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

S. Gregorius Mag. Clericos in muſica erudijt. Ab eo cantus, quo in ſacris utimur, nomen accepit, quamvis eo fortaſſe priùs uſus fuerit S. Ambroſius.

S. Iſidorus Hiſpalenſis Arithmeticam & Aſtrologiam in libris Originum attingit.

S. Maximus Monachus & Martyr ſcripſit de Cyclo, & alia ſub Heraclio.

Hero junior pariter ſub Heraclio. *Opus ejus quod Pelopaica dicitur, dignius & certius eſt præ cæteris, quæ ſuſpecta ſunt.*

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Heldius monachus cognomento Stephanus, inſignis muſicus, cujus Beda meminit.

V. Beda claruit ſyderum ſcientiâ.

Hemoaldus cognomento providus, Bedæ familiaris.

Flaccus Albinus Aſtrol. Bedæ diſcipulus.

Jacebant hoc ſæculo apud Europæos Mathematicæ diſciplinæ, quibus in Aſia operam Arabes dabant.

Saeculum IX. à 800. ad 900.

Carolus Magn. Abdalla Rex Persarum, Alfredus Angliæ, Maimones Calipha Babylon: cujus jussu Almagestum Ptolomæi Arabicè redditum, Leo filius Basilii Macedonis astrorum scientiam adamârunt.

Dungallus recluſus, Wandelbertus Diacon, Nortgerus Musicus, Barlaamus Monachus Algebrâ clarus, Joannes Scotus Eringena, Geber, Hugbaldus Musicus, Albategnius, Massala, Albumasar, Alfragatus seu Alferganus.

Saeculum X. à 900 ad 1000.

Gerebertus postea Sylvester II. Pontif. Max. quem apud rudes magiæ pessimæ suspectum fecit Mathesis.

Alpharabius Philos. & Astronom: celebris 980.

Anonymus auctor *Horti geographici* circa annum 1000.

Hilpericus Monachus S. Galli scripsit tractatum de computo Ecclesiastico.

Sacul. XI à 1000 ad 1100.

Constantinus Porphyrogenitus.

Osbernus Cantuar. Hermannus Contract. Abomasus, Serapion, Guido Aretinus, musicarum notarum inventor Monachus, mox Card. Alhaiason Arabs, Franco Scho-

Scholasticus, Constantinus Afer Casini Monachus, Pandulphus Capuanus, Guillelmus Abb. Musicus & Astrolog.

Erardus Monach: novæ tabulæ Astrolog. à Persis vulgatæ.

Musica felicissimum hoc Saculum.

Sacul. XII. à 1100. ad 1200.

Rab. Abraham Athelardus, sive Adhelardus, Daniel Morlæus: Abraham Ben Ezra, Alpetragius, Almæon Almansorius, Robertus Lincolniensis, Humenus Ægyptius, Clemens Langconiensis, Benchore, Omar Tiberiadis Astrol: Averroës, Alderius vulgò Geographus Nubiensis, Abiselda Geographus Arabs & Princeps Syriæ.

Campanus Novariensis.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Jordanus Nemorarius, Hali filius Alben regalis, Joannes de Sacrobosco, Alexander de villâ Dei, Jacobus Alkindus, Alphonsus X. Rex Castellæ, Vitellio. Rogerius, Bacconus, Guido Donatus.

Albuassin sive Alboazen, Henricus Baten: Rab: Isaacus Hazan, qui in tabulis Alphonsinis conficiendis desudavit.

Joannes Mursia, Musicum Aretini Guidonis inventũ 300. circiter post an. perfecit.

Ptolomæi magna constructio latinè vertitur 1230.

Tabu-

Tabulæ ab Alphonso Rege Alphonsinæ dictæ 200000. num: sumptu à pluribus elaboratæ 1270.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Thebit Arabs primus in Astronomia motum trepidationis notavit.

Profatius Judæus, Petrus de Apono, Ismaël Abifelde, Rab: Levi, Gerardus Cremonensis, Joann. Cantuari. Barlaam Monachus Calaber, Joannes Eligerus, Marcus Beneventanus, Joannes de Saxonia, Joann. de Lineriis, Henricus de Hassia, Isaac. Argyrus Monachus scriptis inclytus.

Barbaris numerorum notis 1. 2, 3. &c. per Arabes vel Indos inventis hoc sæculo uti cœpit Italia.

Maximus Planudes Diophanti Arithmeticam commentariis illustravit.

Sæcul. XV. à 1400 ad 1500.

Ulugh Beigh Tamerlanis nepos.

Gazulus Ragusæus, Petrus de Alliaco Regiomontanus, Purbacchius, Joannes Blanchinus, Leo Baptista, Albertus, Dominicus Maria Bononiensis Copernici præceptor, Nicolaus de Cusa Cardin. Paulus de Mittelburgo

Nicolaus Sophianus Geograph.

Abraham Zacuti Mathem. & Medicus.

Coper-

Copernicus qui pridem sepultam Astronomiæ sectam revocavit. *Eam nimirum quæ solem in mundi centro statuit, Roma damnatam ut scripturæ S. repugnantem.*

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Milichius, Wernerus, Lindanth, Buten Stoefferus, Joachimus, Junctinus, Renzovius, Finæus, Gauricus, Gemma Frisius, Schonerus, Munsterus Pitatus, Maurolicus, Gyraldus, Mœstlinus, Sixtus ab Heminga, Tycho Brahe, Glareamus, Nonius, Comandinus, Ramus, Petrus Appianus, Ortelius, Guillelmus Landgravius, Aloysius Lilius, Scaliger.

Uti in Ptolomæo Copernicus, ita in hoc Tycho plura correxit, hinc tertia & media inter Ptolemaicam & Copernicanam Astronomorum secta enata est, quam Tychonicanam appellant.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1698.

Clavius, Vieta, Stevinus, Lydia, Schnellius, Hadrianus Roman. 1615 Langius, Neperus, Goclenius, Lucas Valerius, Barantanus, Maginus, Pitiscus, Longomontanus, Galilæus, Blancanus, Gassendus, Kepplerus, Argolus, Lonsbergius, Griembergicus, Hervelius, Metius, Guldinus, Mersenius, Cavalerius, Scheinerus Ghetaldus, Claramontius, Bettinus, Gregorius à S. Vin-

Vincentio, Petavius, Zucchius, Billy, Torricellius, Ricciolus, La Lovera, Tacquet, Kircherus Fuldens. Mathematicus hujus sæculi celeberrimus, Borellus, Millicetus, Schottus.

Post inventum Telescopium ingentes Astronomia progressus habuit. Anglorum, Gallorum, Batavorum navigationes Geographiæ emendandæ plurimùm contulêre.

Mathematicorum Academia Parisiis à Ludovico XIV. instituta.

SERIES OCTAVA.

Historia & Chronologia à Christo nato ad an. 1698.

Sæculum I. à 1. ad 100.

TRogus Pompejus Narbonensis, cujus epitomen habemus à Justino.

Titus Livius Patavinus, cujus historiæ Rom. libri 35. tantùm supersunt ex 122. quos ut minimùm scripsit.

Dionysius Halicarnass. Valerius Maximus, Lucas Finestella, Vellejus Paterculus, Q. Curtius, Cremutius Codrus.

Joseph & Justus Hebræi sub Vespasiano.

Achaiæ Presbyteri S. Andreæ mortem scripsêre.

Abdias Babylonis ad Tigrim, hoc est, Bag-

Bagdati Episcopus, nam testibus Strabone, & Plinio Babylon ad Euphratem hoc ævo jam interierat, *hujus historia vel supposititia vel corrupta est.*

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Tacitus, Suetonius, Tranquillus, Arianus, Solinus, Ælius, Phlegon, Lucius Florus, Appianus, Alexandrinus, & Justinus sub Antonino, Diogenes Laërtius, Ælianus, Pausanicus.

Aidelgastus vates Francorum vitam Sunonis Regis litteris consignavit, Gegesippus senior primus Ecclesiasticæ historiæ scriptor. Hegesippus junior vixit sæculo 10.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Marius Maximus, Dio Cassius Nicæus Herodianus, Lollius Urbicus, Cordus, Encolpius, Ælius, Sabinus, Volcatius, Terentianus, Curius Fortunatianus.

Julius Africanus, D. Pontius Diaconus, & Aurelius ejusdem Socius, Historici Ecclesiastici.

Anthero Rom. Pont. plurimum debet Ecclesiastica historia cum per Notarios res martyrum impensius scribi jusserit, successere Notariis, qui nunc Protonotarij Apostolici appellantur.

Sæcul. IV. à 300 ad 400.

Asclepiodotus, Claudius Eusthenius, Æli-

Ælius Spartian. Vulcatius, Gallican. Trebellius Pollio, Julius Capitolinus, Ælius Lampridus, Flavius Vopisc. Sextus Aurel. Augustus scriptores.

Lactantius Firmian. Martyrum mortes, Ecclesia persecutorum libro peculiari descripsit.

Ammianus Marcellin. sub Gratiano, Eusebius Cæsarienſis, Parmenian. Donatista mendax, Evagrius Antiochenus Ep. S. Dorotheus Tyrius. *Ab hoc Dorotheo non est scripta Synopsis de vita & morte Apostolorum mendaciis referta.*

Idacius Clarus, Flavius Dexter.

S. *Amphilochio falsò attribuitur vita S. Basilij Magni.*

Secul. V. à 400. ad 500.

Marcus Gazenſis Diac: Eunap: Sardian: S. Hieronymus, Zozimus Christianorum hostis, Severus, Sulpitius, Palladius Galata Ep. Henopol: Paulus Orosius, Ruffin: Aquilejenſ: Philostorg: Giltas Albanic. anno 512. Possidius Calamenſis Ep. Socrates & Sozomenus, S. Prosper Aquitanus, Theodoret. Diadocus Ep. Paulin. Petricordius, Constantin Lugdunenſ. S. Victor Vitenſis, Julianus Pomerius, Gennadius Massilienſis, Basilius Cilix.

Heliodorus Tricæ Ep. historiæ seu verius fabulæ Æthiopiæ scriptor sub Theodo-

 Magno & filiis.

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Laurentius Mellifluus Episc. Cogitosus Monachus Scotus, Jornandes Gothus Ep: Liberatus Diaconus, Procopius Gazæus, Victor Tonnensis Gildas Badonicus, Leontius Byzantinus, M. Aurelius Cassiodorus, Melchicus Avellonius, Agathias, Marcus Lausan: Episc: Eusthatius Presb: Joannes Biclarienſis, S. Gregorius Turonensis, Evagrius Scholasticus.

Chronicon quod assignatur Datio Mediolan: meritò suppositium haberi debet.

Marcellinus Comes & Achilles Tatius hic plerumq; locantur, sed ævi sunt incerti.

Sæcul. VII. à 600. ad 700.

S. Gregorius Mag: Paulus Emeritensis. Theophilactus Simocata, Faustus Monach. Leontius in Cypro Epis.

Maximus Cæsarauguſtan. cujus extant libri de gestis Gothorum in Hispania.

Joannes Moschus auctor Prati Spiritualis. Auctor anonymus Chronici Alexandrini. Paulus Diacon. Neapolit. S. Isidorus Hispalen: Secundus cognomento Servus Dei, scripsit de rebus Longobardorũ.

Jonas Bobienſis Abb:

Nonnus Galfridus Cardin:

Audoneus Episc.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Theophanes Byzantinus, Adamnanus seu Adamannus Scotus.

Venerabilis Beda scripsit Anglorum Historiam & Martyrologium.

Suppositititium est Martyrologium quod inter ejus opera circumfertur : genuinum edidêre PP. Bollandi continuatores in tom. 2. Martij.

Hebdius cognomento Stephanus.

S. Marcellinus Presbyter, Isidorus Pacensis Epis:

Gregorius Amartolus Tarasij Patriarchæ syncellus,

Paulus Diaconus Warnefridi filius:

Sæculum IX à 800. ad 900.

Carolus M. de historia optimè meritus, subjectarum sibi gentium res gestas, nondum litteris consignatas diligenter scribi mandavit *Krantius*. Ahyto Epis: Gildas Sarchorensis, Tilpinus, vulgò Turpinus, fabulator potiùs quàm historicus, Theophanes Ab: Nicephorus Patriarcha C. P. Theganus, Eginhardus, Anastasius Bibliothecarius. Nithardus Caroli M. nepos: Hilduinus Ab Ferculphus Monach. Rabanus Maurus, Lupus Servatus Ab: Wandelbertus Florus Magister, Walafridus Strabo, Joannes Diacon: Usuardus, Ado Vienn: Petrus

trus Siculus, à Baronio Lucas appellatur. Nicetas David, Herempertus.

Saculum X. à 900. ad 1000.

Rhegino Ab: Constantinus Prophyrogenitus, Bertharius Presb: Odo Monach. S. Medardi & Odo Cluniac:

Bernerus Monach: Luitprandus Episc. Flodoardus Rem. Joannes Asser.

Rotgerus Monach. Witichindus Corbejensis, Occo Friso Rosuveita Virgo. Notgerus Leodier: Dudo S. Qnintini Decanus, Hegesippus iunior vel in fine hujus, vel initio sequentis sæculi.

Historia circa hac tempora mendosior facta est, quia fabulosa historia apud Hispanos & Gallos inclaruêre.

Sacul. XI. à 1000 ad 1100

Abbo Floriac. Abb. Aimoinus Floriac. Harigerus Ab. Megenfridus, Osbernus Cantuar. Dithmarus, Ademarus Monach. Baldricus Dolensis Ep: Odorannus Glaber Anselmus Leodiensis, Hermannus Contract. S. Odilo Ab. Drogo Epis. Wibertus Tullensis, Ado Trevirensis, Benno Card. *exigua fidei*

Georgius Cedrenus. Joann. Curopalates, Lambert. Schafnaburgensis. Adam Bremensis, Bruno Abbas.

Marianus Scotus, Xiphilinus, Paulus Beuriedens. Gaufred. à malaterra.

Guillelm: Apulus, Berdold. Constantiens. Othlonus, Indulph. Ab. Lupus Protospata.

Sæcul. XII. à 1100 ad 1200.

Osbertus Cantuariens. qui perperam cum Osberno confunditur. Leo Ostiens. Cardin. Baldric. Noviodun. Alfredus Beverlacens. Sigebert. Turgotus, Florent. Vigornien. Zonaras, Pandulph. Pisan. Card. Cosmas Pragens. Anna Comnena, Fulco Benevent. Albertus Aquinensis, Fulcher. Padmerus, Domnizo, Hermann. Ab. Tornacens. Guillelm. Malmesburiens. Baldricus Dolensis, Anselm. Gemblacens. Henricus Guntidonens. Constantin. Manasses, Helmoldus, Michaël Glycas, Joann. Cinnamus, Joann. Sarisberiens. Radevicus Otto Morena, Petrus Comestor., Godefridus. Viterbien. Guillelm. Tyrius, Guillelm. Litia.

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Saxo Grammaticus, Nicet. Choniat. Helinand. Gunther. Rocher. de Hovedena. Rigordus, Colmann. sapiens, Rodulph. Coggestal, Arnoldus Lubecens. Cassarius Heisterbacens. Abb. Urspergens. Roderic. Ximenius, Luc. Tudens. Jacob. de Vitria-

co

co Card. Matthæus Paris, Albertus Germanus, Joann. de Columna auctor *Matris historiarum*, Cantipratan. Brocard. Georg. Logotheta, Martin. Polonus, Guillelm. de Nangis.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Matthæus Westmonasterienſ. Nicolaus Trivettus, Simeon Metaphraſt. Bernard. Guido, Henricus Stero, Siffridus, Ederard. Altahenſ. Ludolph. Carthuſian. Nicephor. Calliſtus, *in aliquibus fidei exigue*. Theodorus Anagort. Nicephorus Gregoras Pachymer. Radulph. Baldacc. Volum. Ab. Ptolomæus Lucenſ. Joann. Matthæ. Philipp: Villanij. Ranulph. Hygden, Radulph. Marhan, Albert. Argentin. B. Raymund. Capuan. Henric. Knygton. Aito Armen.

Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.

Froiſſartus, Theodor. Niem. Poggius, Georg. Phranza, Joann. Brando, Petr. de Duiſburg, Leonard. Brunus vulgò Aretin. *malè confunditur cum Aretino poëta.*

Longinus Wallingham. Werner. Weſtphal. Palmerij duo, Valla, Joann. Anton. Campan. Blond. S. Antonin. Platina, Æneas Sylv. Gobelin. Perſona, Monſtrellet. tus Trapezuntin.

Fulgoſ. Cor. Ambroſ. Camaldul. Wimpeling. Bonfinius Annius Viterbien: cujus

Berosus commentitius habetur, Laonic. Chalcondytus Gegvinas.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Sabellicus, Jacob: Philipp. Bergom. Collenut: Cominen. Leander, Albert. Naucler. Petr. Crinit. Simonetta. Guicciardin. Ritius, Lang. Rivall Joann. Magnus, Olaus Magn. Krantius Volatteran. Polydor: Virgil. Paul. Armil. Boëth Aventin. Trithem. Panvin. Dubrav. Lazius, Fazell. Bembus Cardin. Jovius Cromer. Ferdinand. de Castello, Morales, Surita, Folieta, Flamma, Lippomann. Surius, Sigonius, Leslæus, Sanderus, Belforest. Genebrard. Osorius, Buchanan. Ciacconin. Florimund. Remond. Petrus Opmeerus.

Sæc: XVII. à 1600 ad 1698.

Cæsar Baronius Card. Maffejus, Mariana, Orlandinus, Vinand, Piglius, Thuan. Sacchin. Avila, Gratian Rosneid. Paruta. Bzovius, Bover. Bentivol. Card. Famian. Strada, Capriata, Turtur. Grotius, Grammont. Bolland. Lussinian. Ughellus, Samanthani fratres Alphord. Labard. Baptista Nanus, Sforti a Pallavicin. Card. Bouffiers Raynald. Labbe, Gallut. Dondin. Campell. Henschen. Le Coint. Oldoin Daniel Bartolus.

Omittuntur qui in vivis adhuc sunt tametsi meritissimi.

SERI-

SERIES NONA.

Rethorica, Oratoria, Poësis à Christo nato ad 1698.

Saeculum I. à 1. ad 100.

Lucius Annæus Seneca Pater, Cæcilius Collantian. Religione Judæus, M. Antonius liberalis, Stati Surculi sive Ursulus, quem aliqui cum Statio poëta confundunt, Fabius Quintilian. Rhetor.

Messala Corvin. Asinius Gall. Q. Haterius Votien. Montan. Domitius Afer Orator.

Philistion Mimograph. Ovid. Phædr. Persius, Juvenalis, Silius Italic. P. Statius Papin. Salejus Bassus, Lucan. Petron. Arbiter. Valer. Flacc. Martialis, poëtæ.

Hierotheus Primus Poëta Christian. excelluit pangendis hymnis sacris.

Secul. II. à 100. ad 200.

Dio Prusæus, Dio Chrysostomus, Aphtonius, Fronto Cornelius, sive Priscus Philosophiæ simul & artis dicendi Præceptor Marco Antonino Imper. charus: Rhetores.

Plinius Junior ex Senioris sorore natus, Panætius Cretensis: Oratores.

Tarentianus Mesomedes, Palladius, Rutillus Senior, Lucius Valerius Pudens 13. annorum

norum puer in Agone Capitolino Victor Poëtæ.

Eloquentia, quæ in liberis populis semper maximè valuit, Cæsaribus rerum potientibus Roma priùs à Rostris, mox & à foro pene repulsa languet.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Eugamus, Porphyrius, qui & Philosophus, Eumenius, Rhetores. Tatianus Rhetor & Orator Christianus S. Justini Martyris discipulus magno cum Plausu in prima ætate docuit Oratoriam, Eusebio teste, sed postea errorum Magister factus est Encratarum parens.

Numeriano Imperat. posita est Statua in Bibliotheca Palatina, cum inscriptione, *D. Numeriano Oratori Potentissimo.*

Oppianus Cilix Halieutic: Scriptor, Nemelianus Olympus, qui de Venatione scripsit, Poëtæ.

Philippus Imperator ad coërcendam Poëtarum licentiam, eorum nomina delet ex albo Professorum 248.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Minervius Burdigal; Gennadius, Musonius, Homerius, Libanius, Marius, Victorinus, Nazarius, S. Augustinus Rhetores.

Eunomia Virgo Christiana eloquentiæ laude par Patri Nazario. *Euseb.*

Pro-

Prohæresius, Julianus Imperat: SS. Gregorius Nazianz. Basilius, Gregor Nyssenus, Hilar: Pictav. Hieron. Ambros. Oratores.

Trifillius, Juvencus Presby: S. Gregor. Nazianz. S. Paulin. Nolan. Festus, Avien: Sympos ius Celsus, Palladius, Rutilius, Junior. S. Damasus. Poëtæ.

Reflоruerunt hoc Seculo eloquentia & poësis, qua jacebant superiore Saculo.

Secul. V. à 400. ad 500.

Symmachus, Ausonius Gallus, Synesius Sylvius Bonus Ausonii æmulus. L. C. Marius Victor, Godelbertus, Sidon, Apollinaris, S. Hilarius Arelat. Rhet. & Orat.

Eloquentia qua superiore Saculo in foro silere incepit, nunc in templis tonat.

Prudentius, Proba Falconia, Synesius, Ausonius, Ruffin. Florid, Dracont. Presb. Claudian Rutilius Gallican. Sylvius Bonus. Cyrus Panoplita, Rustic. Elpid Theodorici Medicus, Poëtæ.

Claudianus dictus est ab Imperatoribus Theodosio & Honorio, qui Statuam illi posuerunt, Poëtarum glorioſissimus.

Secul. IV. à 400. ad 500.

Boëtii Poësi nihil illustrius habuit hoc ævum, laudatur & Helpis ejus uxor Poëtria nobilis.

M. Au-

M. Aurelius Cassiodorus Rhetor.

Marinus Neapolitan. Magistri Procli vitam solutâ & vinctâ oratione descripsit.

Thelesinus Ælius, Arator, Alcimus, Avitus, Melchicus Avellonius, Merlin Calcedonius Britannorum Vates, S. Venantius Fortunatus Epis. Pictav. Poëtæ.

Cosroës II. Persarum Rex Græcos Scriptores & Poëtas Persicè vertit.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

S. Columban. Abb. Orienſ. Ep. S. Eugen. Toletan. Junior, Gregor: Pisid. Poëtæ.

Hoc Sæculo eloquentia omnino in Italia defeciſſe visa est.

Poësis verò apud Arabes hujus artis amantissimos maximè floruit, quare aliqui inter eos Caliphæ carminum gloriâ inclaruêre, ita *Huetius.*

Alcoranum Mahometes Rhytmicis versibus condidit, ut imperitæ multitudini gratius accideret. *Genebrard.*

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

S. Adelmus, & Iglacus Rhet. & Poëtæ.

In Bedæ celebri Epitaphio (si hoc ævo scriptum est) Rhytmici carminis initium agnoscimus. Quod sic habet, *hic sunt in fossa Beda Venerabilis ossa.*

Caro-

Carolus M. Hadriani I. Pontif. ſepulchrum carminibus decoravit.

Hymnos cum laude ſcripſêre Paulus Diacon. Warnefridi f. & S. Coſmas Hieroſolym. Maiumæ Epiſ.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Epitaphium Bonifacio IV. ſcriptum ſub Gregorio IV. docet jam Rhytmica carmina placuiſſe. *Papebrochius in Propyl.*

Theodulphus Epiſc. Aurelian. donatus eſt à Ludovico Pio libertate & Infulis merito poëticæ artis, ut aliqui ſcribunt.

Wandelbertus, cujus eſt Metricum Martyrolog. Bedæ falſò adſcriptum.

Hugbald. Monach. ſcripſit in laudem Calvitii ad Carolum Calvum 300. carmina, quorum omnia verba incipiunt à littera C.

Briſtan. Corylanenſ. Heiricius Milo, Salomon F. Abo, Poëtæ.

Raban: Maur. Hilduin. Ab. Orat. & Poët.

Sæcul. X. à 900. ad 1000.

Leo VI. cognomento ſapiens Imperat. & Orat. Conſtantinus Porphyrogenitus Poët.

S. Odo Cluniacenſ. Ab. & Roſuvita ſeu Roſuvintha Sanctimonialis, Poëſin adamârunt.

Simeon Junior ſcripſit hymnos.

In Italia nullus eſt habitus, vel Oratoris vel Poëtæ nomini par teſte *Sigonio*.

Heri-

Herigerus Ab. Laubienſ. Poëta.

Hermannus contractus ſcribendis Hymnis claruit.

Sæc. XI. à 1000. ad 1100

Michaël VII. Imper. Græc; Muſarum plùs æquo amator, Guillelmus Apulus Poëta, Hiſtoric.

Villeramus Ab. ſolutâ & vinctâ numeris oratione Cantica illuſtravit.

Alphan. Epiſ. Salernitan Orator & Poëta

Robert. Gall. Rex, S. Odilo Ab. Cluniac. Rhytmos ſcripſêre, Roberto tribuitur Hymnus qui canitur in Eccleſia, *Veni ſancte Spiritus.*

B. Petr. Damiani à Muſis non abhorruit.

In nummo Victoris II. Pontif. manus è nube clavem D. Petro porrigit, cum Lemmate, *tu pro me navem liquiſti, ſuſcipe clavē.*

R. Selom Bem Ghebitol Hiſpan. Rythmicorum apud Hebræos carminum auctor.

Sæcul XII. à 1100 ad 1200.

Galfredus Rhetor & Poëta.

Baldricus Guntherus, Joannes Tretzes, Godfridus Vinton. Guillelm. Ceſtrenſ. Rupert. Tuitienſ. Ab. Petr. Pictavienſ. Joſeph Iſcan. Marbod. Epiſc. Poëtæ.

Hildebertus Epiſ. Poëta & Orat.

Leo ob excellentiam in pangendis Carminibus Rythmicis nomen illis fecit ut *Leonina* dicantur, *Papebrochius.*

Ita-

Italici rythmi primò apud Siculos uſurpati, mox ab illis ſequenti ſæculo tranſierunt ad Italos.

Sæc. XIII. à 1200 ad 1300.

Cyrus Prodromus, Sylveſter Gyraldus, Matthæus Vindocinenſis, Poëtæ.

Arnaldus Daniel ex quo Dantes & Petrarcha plurimùm profecêre.

Joannes de Meung, Gallicæ eloquentiæ parens & Poëta.

Stephanardus de vico Mercato Chronicon metricum edidit, Engelbert: Ab, Poëta.

Quito Aretinus & Entius Rex Sardiniæ Poëte Itali.

Dantes Aligerius Poëtarum Italorum doctiſſimus.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Maximus Planudes Poëta.

Franciſcus Petrarcha Rhetor, Orator, Poëta latinus, & Italus laureâ donatur in Capitolio 1341.

Fatius de ubertis, & Franciſcus Barberinus Poëtæ Hetruſci.

Franciſcus Petrarcha, excuſſis Italiæ bibliothecis, neglectos veterum ſcriptorum Codices in medium legendos protulit.

Secul. XV. à 1400 ad 1500.

Jovianus, Pontanus, Hermolaus barbarus, Nicol. de Clemang. Rhet: & Poëtæ.

Trisiodor. Petrus de Rosenheim Poëta, Rodulphus Agricola Rhetor.

Æneas Sylvius postea Pius II. Orator, ævo suo, quotquot in Europâ viverent, omnium eloquentissimus.

Jacobus I. Scotor: Rex patrii carminis gloriâ nulli secundus. *Leslæus.*

Jacobus Wimpeling. Angelus Politianus Leon. X præceptor, Rhet. Phil. Poëta.

Maximilianus I. Imperat. Germanica Poëmata scripsit.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Majoragius, Muretus, Amasæus Rosoltell. Beroald. Longol. Perpinian. Panarola, Cavalcant. Bentius Rhet. & Orat.

Baptista Spagnolus vulgò Mantuan. Sanacar Fracastor. Vida Navager. Amalthei ffr. Buchananus Poëtæ latini, Ronsardus Poëta Gallus.

Laudantur inter Italos Boiardus, Casa, Bemb. Pulcius, & Alamann. Areost. & Tass.

Selimus I. Turcarum Imper. poëtis cultor apud suos.

Sæc: XVII à 1600 ad 1698.

Ptephonius, Strada, Vossius pater, Gallutius, Petiot, Patavius, Causin. Octa Ferrarius, Gradius, Sfortia Pallavicin, C. Dondinus, Favoritus Rhet. & Orat.

Galli

Galli veram hoc ævo veteris eloquentiæ speciem cœpisse videntur.

Stephanius, Pulcharell. Torrent. Sarbiev. Barlæus, Crotius, Balde, Horschius, Dondin. Vallius Favorit. Rapin. Poëtæ. Quibus præsidium & decus addunt Urbanus VIII. & Alexander VII. Avancinus, Masenius, Orat. & Poët.

Itali Poëtæ: Guarinus. Marinus Tansillus, Chiabrera, Testius, Cæsarin. Bonarelli Ciampolus, Julius Rom. Rospilios. Sidus Olorum & Pontifex Rom.

Oratores vel Poëta viventes adhuc quamvis laureâ dignissimi non ponuntur.

SERIES DECIMA,

Philologia, usus linguarum & Grammatica à Christo nato ad 1698.

Sæculum I. à 1. ad 100.

M. Verrius Flaccus, Probus Beritensis, Q. Remnius Palæmon, Demetrius Ixion, Grammatici.

Sextus Pom. Festus vixisse putatur hoc sæculo, sed ætas ejus incerta.

Asconius Pedianus, Ciceronis schoiastes, Columella, Philol.

Auream Latini sermonis ætatem ad extrema Augusti tempora, argenteam verò ab hu ad Neronis mortem eruditissimi Grammatici producunt. Videri potest Scioppius in opusc. de Stilo historico, & variis latinæ linguæ ætatibus.

Sæcul. II. à 100. ad 200.

Apollonius Alexandrin: ejusque filius Herodianus sub M. Antonino Grammatici celebres apud Græcos, Nicanor Hermiæ filius Gramm: Græcus. Aulus Gellius noctium Atticarum scriptor, quem alii Agellium dicunt, floruit Romæ sub Antonino Pio.

Ænea latini sermonis ætas, qua Vespasiani verum potiente cœperat. Hadriano morienti desinit. Ferrea succedit ænea usque ad initium quinti à Christo nato sæculi, hoc est usque ad tempus quo Roma expugnata est à Gothis, quibuscum loquendi barbaries infusa est Roma.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Censorinus præter librum de die natali, de accentu opus edidit à Sidonio Apollinari sæpe laudatum, ideoque Philologis & Grammaticis rectè adnumeratur.

Lupeccus Berythius, Philæmon Porphyrius Tyrius Grammat: hujus opera ad Grammaticam spectantia numerantur à Malchiò Suida.

Malchio Presb. Rhetoricæ & Gramm. Professor præfuit scholæ Antiochenæ, *Euseb lib. 1 cap. 23.*

Latini sermonis proprietas hoc ævo servata est à juris peritis Papinian: & a iis.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Prohæresius, Flavius, Vegetius, Macrobius Philol.

Evantius Græcus, Ælius Donatus, qui vetustis auctoribus explicandis lapsum Latinum sermonem conatus est instaurare.

Gulphilas Gothicarum litterarum inventor, ut quidam scribunt, Grammaticus.

Sosipater Charisius, Diomedes hoc sæculo à quibusdam locantur, sed incertũ est.

Iam sub Iuniore Theodosio Graci sermonis candor obfuscari cæperat, ut ex inscriptionibus ejus temporis colligitur.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Sub initium V. Sæculi finitur ferrea ætas Latini sermonis, quam lignea consequitur ad tempora Iustiniani. Scioppius.

Hiparchius Alexandr. Gramm. Græcus. Servius Virgilij interpres, ut videtur nonnullis.

S. Augustinus Grammaticalia scripsit.

Puncta Hebraica, quæ Vocalium instar essent legenti, excogitata primùm à duo-

bus Masoretharum Principibus an. 478. hi fuerunt Aaron Ben-Aser & Jacob Ben-Nephtali, sed alicubi dissidentes, Prioris lectionem Hebræi occidentales, Posterioris Orientales plerumq; sequuntur. *Genebrard.*

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Luteam ab hoc sæculo lingua latina ætatem Grammatici numerant cum Longobardu regnantibus. Novum loquendi genus ex Plebeia Romana & Germana conflatum, invectum est. Scioppius.

Orion Thebanus Græcus Grammaticus. Fulgentius Placiades, Suidas Monachus. Priscianus, Grammaticus & Philol. Græcus.

S. Gregorius Magnus lib. 6. Ep: 9 fatetur se Græcè nescire, nec esse Constantinopoli, qui Græca latinè reddere possit. hinc utriusq; linguæ magnus neglectus liquet.

Secul. VII. à 600. ad 700.

Deperditam initio hujus Sæculi linguam latinam docet Rou in tab. Chronolog. 606.

S. Isidorus Epis. Hispal. celebrem de verborum origin bus librum scribit; non desunt, qui nobile opus alii tribuant.

Joannes Stobæus & Nennius Banchorens. Philol.

Maidulphus Scotus Græcæ, latinæque linguæ scholam in Anglia aperuit, ut apud exteros colerentur, quæ in natali solo apud suos negligebantur. *Leslæus.*

Felix

Felix Longobardus Grammaticus quem laudat Paulus Diacon.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Beda Venerabilis ejusque discipulus Alcuinus Grammatica scribunt. *Vossius. Hoc & sequenti sæculo insignis erat nomenclatura Grammaticum appellari.* Monachi Byzantio à Copronymo pulsi Romæ à Stephano III. locantur in Monasterio, quod sub illis Græcam linguam instaurantibus Græcæ scholæ nomen invenit.

Carolus Magnus Româ latinos Grammaticos in Galliam vocat.

Walid Saracenorum Calipha prohibet Græcè aliquid litteris consignari vultque omnia scribi Arabicè.

Sæculum IX. à 800. ad 900.

Phocius Patriarchæ C. P. Philolog. eruditissimus, sed vir pessimus.

Paulinus Ep. Forojulienſis & Joan. Scotus Eringena, Smaragdus Abb. S. Michaëlis Grammat.

Rabanus Fuldenſis primus in Germaniam Græcas litteras invexit.

Caroli Magni nepotibus imperantibus Gallicæ & Italicæ linguæ principia notant plerique Scriptores.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Salomon Constantienſis Epiſ. Alphricus Ab. Abindonenſ.

Alfre-

Alfredus Rex. SS. Dunstanus & Athelvaldus Episcopi jacentes post Danorum irruptionem latinas litteras in Anglia excitant.

Ratherius Episc. libellum suum de arte Grammatica inscripsit *Serva dorsum*, quòd puerorum dorsum servare possit à flagris.

R. Adonim. Ben-Tamnim Grammaticam Hebraico-Arabicam dedit.

Ex Epitaphio Gregorii Quinti Roman. Pont. discere licet, jam hoc sæculo vulgarem, hoc est Italicam linguam à latina fuisse discretam.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Joannes Curo-Palates Philos. Græcus *Cognomen aulæ seu Palatij ministrum notat, aliis dicitur.* Joannes Scilizza.

Papius Longobardus auctor magni Dictionarij Latini. *à Trithemio transfertur in Sæcul. XIII, aliis autem videtur hìc ponendus.*

Apud Italos nullus hoc sæculo litterarũ cultus.

Apud Hispanos littera Hebraica florere incipiunt, ut habet Genebrardus.

Hinc R. Juda Davidis F. Rab. Jonas Cordubensis, Moses Kimchi, Davidis frater. Grammatici nobiles *Gualterius.*

Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.

Eustathius Homeri interpres & Joann. Saresberiensis Philol.

R. Aben-

R. Aben-Esrâ, sive Abraham Ben Esrâ & R David Kimchi Hebræi Gramm.

Romanus populus linguâ, quam nunc Italicam dicimus, hoc ævo utebatur, liquet ex Epist Cleri Romani ad Ænobarbum data an. 1169. apud Baronium, in qua hæc verba adducuntur Papa Vittore S. Pietro Pelegge.

Ante Philippum Augustum nullus liber Gallicâ linguâ scriptus fuerat, &probabiliter etiâ nullus Italicâ. *Genebrard.*

Sacul. XIII. à 1200. ad 1300.

Ugutio Ferrariens. E:auctor Dictionarij.

Alexander de Villa Dei Grammat:

Arnaldus Daniel Poëta Provincialis patriam linguam perfecit, ex qua deinde Etrusca sive Italica ditata est.

Græca vulgi lingua imperantium Francorum vocibus pluribus admissis à litterata omnino defecit.

Dantes Poëta Etruscæ linguæ nitori plurimùm contulit, usque ad 1321. quo Ravennæ decessit.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Petracha Provincialium vocibus ad Italicam formam inflexis linguam patriam amplificat.

Nicolaus Oresimus Philos. Emmanuel Chrysoloras Philos. & Grammat:

Leonardus Aretinus Philologus.

Lati-

Latina lingua apud Hispanos hoc avō prepemodum extincta est, cùm nullus in foro illim esset usus, Iusserat enim saculo superiore Alphonsus sapiens ut res Forenses agerentur linguâ Hispanica.

Emmanuel Chrysoloras 1395. in Italiam quasi postliminio reducit Græcas litteras, quæ per annos fere septingentos exulaverant, *Palmerius*.

Sæc: XV. à 1400. ad 1500.

Georg. Trapezunt: Vollateranus, Fulgosius, Polydorus Virgilius, Leo Baptista Albertus, Rodulphus, Agricola, Robertus Vulturius, Pomponius Lætus, Jovianus Pontanus, Hermolaus Barbarus, Angelus Politian. Cœl: Rhodiginus, Alexander ab Alexandro Philol:

Poggius Florent. Laurentius Valla, Casparinus Bergom: Gaza, Perottus, Theodorus Lascaris, Joann. de Janua, Quintianus Sara, Ambrosius Calepinus, Marius Nizolius Grammat:

Sæcul. XVI. à 1500. ad 1600.

Lazius, Petrus Crinitus, Beroaldus Lemovicens. Budæus, Valerianus, Turnebus, Dalecampius, Cyraldus, Victorius, Goropius, Erasmus, Natalis Comes, Manutii tres, Fulvius, Ursinus, Jul: Cæsar, Sca-

Scaliger, Faber, Ciacconius, Sigonius, Gesnerus, Vignereus, Mazonius, Philol.

Demetrius Chalcondilas Græcus, Zenobius Acciaiolus, Despauterius, Varrhius, Doletus, Clenardus, Alvarus Gramm.

Hoc tandem ævo revivisçere cœpit lingua Latina.

Sæc. XVII. à 1600 ad 1700.

Lipsius, Goltzius, Casaubonus, Scaliger fil. Jacobus Pontanus, Raderus, Pancirolus, Sirmondus, Gretserus, Emmius, Majolus, Bertius, Keckermannus, Schottus, Salmasius, Bulengerius, Scioppius Gerardus, Joan. Vossius, Dionys. Patav, Cerda, Abrahamus, Octav, Ferrari: Montchalus, Leo Allatius, Donatus, Joan. Baptista Ferrari: Nardin: Du Fresne, Huetius, Philol. Sanctius Brocens. Vossius, Monetus, Goliz, Scioppius, Menagius, Gaudinus, Gramm.

Galli & Angli Patriæ linguæ expoliendæ dant operam.

Nunquam solertiùs & feliciùs antiquitas illustrata est.

SERIES UNDECIMA.

Nova inventa & artifices nobiles à Christo nato ad 1698.

Sæculum I. à 1. ad 100.

The-

THeriaca ab Andromacho Cretensi inventa.

Vitri flexilis temperamentum Tiberio Principe excogitatum, sed ejusdem jussu tota cum artifice officina abolita, ne pretium æris, argenti, & auri metallis detraheretur. *Plin.*

Quinquennalia certamina Romæ celebrata in Neronis Principatu, in his ut cætera mittantur, poëta victor æneo vase & coronâ donabatur, ut liquet ex nummo apud Tristanum.

Ludi Capitolini sub Domitiano 85.

Seculum II. à 200. ad 300.

Quanti hoc ævo forent nobiles artes colligere licet ex eo, quod Dio narrat de Hadriano in vita ejus.

Hadrianus celebres quosdam & excellentes artifices, quos æquare non poterat, subvertit, alios ceu studiorum & artium æmulos interfecit; cupiens nimirum omnes in quacunq; arte & disciplina superare.

Secul. III. à 200. ad 300.

Artes omnes bellis ubique terrarum sævientibus languent.

Secul. IV. à 300. ad 400.

Magnus Constantinus primus vexillanotat Signo Crucis.

Indi

Indictiones institutæ abrogatis Olympiadibus 312. sive 313.

Aureus numerus excogitatur an. 325.

Aureâ coronâ primus inter Cæsares utitur Constantinus post Imperij sedem Constantinopolim translatam.

Venatio accipitrum inter Romanos vel Constantini vel Theodosii senioris ævo initium habuisse videtur. *Vossius.*

Flavius Dexter primus annos numerat à Christo nato in fine sæculi.

Sæcul. V. à 400. ad 500.

Ratio glutinis Athenis inventa, Arcadio Principe, per Philistium, cui, quòd reipublicæ plurimùm profuisset, statua posita est.

Gothi ubi semel Italiâ potiti, cum omnia in armis ponerent, nobiles ab ea artes eliminârunt, quamvis eas alere Theodoricus Rex, teste Cassiodoro, conaretur.

Amalasuntha Theodorici filia post mortem Patris Amalarici filij tutrix frustrà Gothos suos ad litterarum & artium nobilium studium pellicere conata est.

Sæcul. VI à 500. ad 600.

Specula ænea ustoria Procli inventũ 514.

Horologium machinale his, quibus utimur, haud absimile, primùm à Boëtio in turri Ticin. adinventũ aliqui suspicantur.

Serici ex bombycum ovis conficiendi

ratio innotescit per Monachos ex India appulsos 557.

M. Aurelius Cassiodorus horologia miræ artis, & lucernas semper ardentes habuisse traditur.

Sæc. VII. à 600. ad 700.

Ignis Græcus Gallinici inventum.

Sabinianus Papa horas diei tintinnabuli sonitu primus distinguit.

Mahomete à Mecha fugiente an: 622. incipit Hegira, hoc est annorum lunarium apud Arabes supputatio, ab ea fugâ.

Æra Isdegerdis ab ejos obitu 632.

S. Eligius antequam Noviomensi infulâ donaretur, aurifaber per Galliam celebris fuit. Extat adhuc ejusdem opus, nobile Mausolæum S. Martini Turonen: Episcopi.

Sæc. VIII. à 700. ad 800.

Putant aliqui hoc sæculo inductas se reas equorum soleas, quamvis Fabretus in Syntagmate ad Columnã Trajani id negat.

Constantinus Copronymus Pipino regi organa, in Galliis non ante visa, dono mittit an. 757. *Sigebertus.*

Zacharias Hierosolymitani Regis legatus Carolo M. S. Sepulchri, Calvariæ & Oliveti claves cum vexillo defert 800. *Egizarth. invita.*

Saculum IX. à 800. ad 900.

Legati Persarum Regis Carolo Magno plane-

planetarium horologium affabrè admodum constructum ferunt, quod ab Eginartho in ejus vita describitur.

Usus cognominum scribendorum apud Arabes cæptus, inde traductus ad Hispanos, ac denique ad Francos, Italosque. *Henschenius tom. 7. Maij pag. 793.*

Viguerat in Italia cognominum usus, qui à Longobardis sublatus, magno historiæ damno, quæ inde facta fuerat obscurior, XI. tandem sæculo restitui cæpit.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Primordia feudorum, ut vocantur sub Carolo Simplici in Francia & in Germania sub Conrado I.

Hastiludia sive ut vulgus appellat, torneamenta primùm usurpata ab Henrico Aucupe an: 938.

Gentilitia familiarum insignia occasione dictorum ludorum primò fixa & certa.

Typographiam hoc sæculo primò à se inventam Sinæ gloriantur.

A Gereberto Monacho, qui postea Silvester II. horologium Magdeburgense constructum est, in quo conspicua erat stella Polaris.

Secul. XI. à 1000. ad 1100.

Exolescente extremi judicii metu, quo multi deterriti, tanquam in fine sæculi XI. instantis, omnia neglexerant, artes iterum coluntur.

Notæ

Notæ Musicæ ut, re, mi, fa, sol, la, à Quidone Aretino Card. excogitatæ. Sacchari coctura, Cassiæ fistularis, Rhabarbari Mirabolani & Tamarindæ usum medicina docet Avicennæ.

Desiderius Ab. Casin. vocatis ex Græcia peritissimis, ut ea ferebant tempora, artificibus, curat artes nobiles in Italia restitui, *Ostiensis.*

Secul. XII. à 1100. ad 1200.

Bombycinæ vestes captivatis Græcis opificibus orbi occiduo innotescunt, agente Roderico Siculo.

Caroccium præcipuum olim apud Italos in bello vexillum, à curru cui imponi solebat, appellatum, hoc sæculo ab Archi-Episcopo Mediolanensi Heriberto inventum putant aliqui, sed ejus usus videtur multis antiquior.

Vino excoqui cæpêre cadavera, ut ossa possent à carnibus facilius separari, vetuit id postea sequenti sæculo Bonifacius VIII.

Triboccus, militaris machina celebris olim, apud Germanos primò apparuit in expeditione Thuringica sub Othone IV. *Genebrardus.*

Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.

Insigne tentorij inventum ad Fridericum Imperat: à Sultano missum, in quo solis & Lunæ imagines artifici motu cursum summ cer-

certis spatiis peragebant, & diei noctisque horas designabant.

Conradus Shirensis Chronologus, ex Mabillonio, in Germanico Itinerario, aliorumque suspicione, aliquem optici tubi usum habuisse videtur.

Conspicilia ad oculorum laborantium subsidium, vel inventa, vel ostensa ab Alexandro Spina Dominicano.

Qui id veterum inventum ex Plauto putant, falluntur.

Sæc. XIV à 1300. ad 1400.

Utilissimum acûs nauticæ inventum per Flavium Gioiam Amalphitanum 1303. *Vossius, Labeus & alij qui Melphim ab Amalphi non distinguunt, Ioannem Goiam vel Giram Melphensem appellant, sed iis qui accuratiùs indagâruni distinguendus videtur.*

Æra in Aragoniâ abrogatâ, inductâ à Christo numeratione 1358. ut mox in Castella 1383. in Lusitania 1415.

Bombardas & pulverem nitratum Bertholdus Niger Germanus invenit an. 1380.

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

Artem per æra cælata multiplicandi imagines invenit sub initium sæculi Thomas Finiguerra aurifex Florentinus, quem imitatus est Baccius Baldinus, sed utrumque superavit Antonius Pallajolus.

Typographia inventa Argentinæ 1440

à Joanne Guttenbergio, seu ut alii malunt Moguntiæ à Joanne Faustio 1452.

Cusi sunt primùm Augustinus de Civitate Dei S. Lactantius Firmian. *sic multi scribunt.*

Typographi inter primos flornêrun: Zellius, Jenson, Amerbachius, Frobenius, Oporinus, Wecheli, Jodoc. Badius.

Petrus Navarrus cuniculos nitrato pulvere primus replet sæculo 15. in finem inclinante.

Sec. XVI. à 1500 ad 1600.

Navigatio circum orbem terrarum primò facta an. 1519. NAVI VICTORIA, cui præerat Ferdinandus Magellanus Lusitanus, eoque mortuo navem reduxit Joannes Sebastianus Canutus Cantaber an. 1522. *Oseri*

Ejusdem navigationis gloriam hoc eodem sæculo tulêre alii tres, duo Angli Franciscus Dracus, Thomas Candiscius, & unus Batavus Oliverius Vandemort.

Orichalchum factitium excogitatur. Itẽ Aquæ fortes ut appellant inventæ.

Reperta Cupella seu vasculum ex osse bubulo ad auri & argenti purgationem.

Florent typographi insignes, Manutii tres, Plantini, & tres Stephani.

Sec. XVII. à 1600 ad 1700.

Telescopium sub initium sæculi inventum à Galilæo, qui Veneto Senatui primus ostendit.

Macu-

Maculæ in sole deprehensæ an. 1611. à Scheinero. *Videatur Rosa Vrsina.*

Circulatio sanguinis asserta ab Harvæo.

Magno Nauticæ rei commodo Angli aquam è salsa dulcem facere cœpêre artificio cæteris gentibus adhuc ignoto.

Acustica tuba ad vocis propagationem inventa.

Typographi insignes Blaen, Jansonius, Elzevirii, Regia Parisiis prælа nobilissima.

SERIES DUODECIMA.

Urbium natales, architecturæ opera illustria â Christo nato ad an. 1698.

Sæculum I. à 1. *ad* 100.

CÆsarea Philippi ad fontes Jordanis condita an 12.

Colonia Agrippina Germanici Cæsaris opus 15.

Ratisbona olim Imbripolis 32.

Portus Romanus ad Ostia Tyberis, Claudio Cæsare 42.

Fossa Corbulonis inter Rhenum & Mosam, 47. *Canalis est à Rheno derivatus per Corbulonem spatio* 23. *M. Pass. Mosa congrediens ad Crimpum pagum.*

Augu-

Augustus moriens gloriatur se Romam lateritiã inveniſſe & marmoreã relinquere.

Veſpaſianus Conditor templi Pacis Romæ. Caligula & Claudius novos ductus Anienis condiderunt.

Sæcul. II. â 100. ad 200.

Trajanopolis altera in Phrygia, & altera in Thracia ſub Trajano.

Hadrianus inſtaurat Hieruſalem & de ſuo nomine Æliam appellat.

Ponte planè admirando Trajanus Danubium jungit, cujus adhuc manent nomen & veſtigia.

Murus dividens Scotiam à reliqua Britannia per 80000. paſſus ab Hadriano ductꝰ.

Hadriani apud Tiburtes villa cujus adhuc rudera ſunt admirationi, in ea provinciarũ & locorũ celeberrima nomina inſcripſerat, veluti Lyceum, Academiam, Canopum, Poëcilen, Tempe. *Spartianus in vita.*

Apollodorus Pontis per Trajanum Danubio impoſiti architectus, Trajanus Romam plurimis & pulcherrimis ædificiis ornavit, cumq; Studioſius ubique nomen ſuum inſcriberet dictus, eſt *Herba Parietaria.*

Sepulchro Hadriani ſuperba moles impoſita ab Antonino Pio.

Hadrianus Imperator venuſtiſſimè pinxit, atque etiam imagines è cera & creta elaboravit. *Dio in vita.*

M. Au-

M. Aurelii Statua equestris in Capitolio posita, magni artificis opus, indicat florentissimam hoc ævo Statuariam.

Sæcul: III. à 200. ad 300.

Brandeburgum in Germania à Brenno positum an: 211.

Sicambria quæ nunc Buda Hungarorum dicitur, conditur an: 234.

Philippopolis à Philippis Imperatoribus.

Bosra in Arabia ab eisdē instaurata 245.

Firmus Tyrann: domum è quadratis vitris bitumine & alijs medicamentis insertis habuisse scribitur à Vopisco.

Aurelia in Gallia ab Aureliano 273.

Severi vallum inter Scotiam & reliquam Britanniam 207. à Bedotria ad Glottæ æstuaria per 132. M. Pass. ubi antea Agricola provinciam finire decreverat. *Buchan.*

Aurelianus Romam muris validioribus & amplioribus munit, scribunt aliqui ad ambitum 50. milliarium complexos esse, sed meliore judicio aliorū, errare censendi sunt.

Sæcul IV. à 300. ad 400.

Byzantium à Severo excisum à Constantino Magno instauratur, ac nova Roma & Constantinopolis dicitur.

Basilea sub Valentiniano II. ex Augustæ Rauracorum reliquiis 374.

Templum Antiochenum nobilissimum,

Domi-

Dominica aurea dictum anno 328. inchoatum 341. dedicatum.

Post Crucem Constantino exhibitam in cœlo, templa in Crucis formam ædificari cœpta.

Ex D Hieronymo constat ædificia hujus sæculi auro opulenta fuisse, sed non tam solida, uti nunc habentur.

Constantinus Byzantium immigrans, nobiliores orbis pictores & Statuarios & architectos secum trahit.

Secul. V. â 400. ad 500.

Ferraria à Vico Ferraiola & fossa quæ in Paduſam ducebat, ubi forum Arij, mœnibus cingi cæpta 413.

Venetæ regionis incolæ, Attilâ Galliam Cisalpinam impunè vastante, in paludes Asiatici Sinus confugientes, nobilissimæ urbis Venetorum fundamenta locant 452.

Aëtii jussu tertius è Cespite murus excitatur ad excludendos Scotos Pictosque à reliqua Britannia, *Leslæus.*

Sæcul. VI. à 500. ad 600.

Antiochia à Justiniano instaurata Theopolis appellatur 529.

Gnesna in Polonia à Lecho Croata condita 550.

Victoria civitas in Hispania à Leovigildo 580.

Ferra-

Ferraria munita à Smaragdo exarcho 585.

Theodelapius Dux sub initium sæculi ponte simul & aquæ ductu planè mirabili Spoleti duos montes jungit. *Campillus Histor. Spolet.*

Templum S. Sophiæ Constantinopoli celeberrimum Justinianus erigit, eique trecenta sexaginta quinque Suburbia pro dote assignat, ac mille Clericos constituit, qui rem divinam in ea faciant.

Theodoricus mœnium Romanorum partes ex crustis marmoris, & silice instaurat, post deformationem autem à Narsete, à Belisario, & demum à Totila per incendium inductam, è tophis, cæmentis, lateribus & lapidibus mixtis reparata sunt mœnia Romana.

Architectura Gothica à Gothis inventa, veteri neque soliditate neque elegantiâ comparanda.

Secul. VII. à 600. ad 700.

Herbipolis ædificata in Franconia 606.

Urbs Sangallensis in Helvetiis conditur

Ferraria amplificata à Rom. Pont. Vitaliano 657.

Ferraria in oppositam Padi ripam translata 673.

Pampilona per regem Bambam 674.

Praga in Bohemia incipit ædificari 686, & Cracovia in Polonia,

Tem-

Templum ea ætate nobilissimum, nunc vix mediocribus comparandum D. Joanni Baptistæ à Theodolinda Longobardorum Regina Modoetiæ ponitur.

Sæcul. VIII. à 700. ad 800.

Ovetensis civitas in Hispania 760.

Viterbium à Luitprando Longobardorum Rege vel ædificatur, vel saltem mœnibus cingitur.

Cassinense Monasterium à Petronace 720. cæptum instaurari, ad eam amplitudinẽ & opes excrescit quibus postea floruit.

Pons super Rhenum Caroli Magni decennale opus.

Templum Divi Petri in cælo aureo à Luitprando Tirini conditum & donariis opulentissimis auctum, in quo D. Augustini corpus collocavit.

Carolo Magno regnante visa est architectura reflorescere, & eum ædificandi modum tenere, quem Gallieno Imperante Architecti usurpabant.

Hadrianus I. Confessionem ut vocant D. Petri totam solido auro, altare autem illi impositum & parietes dextra, lævâque argento contexit.

Sæcul. IX. à 800. ad 900.

Dresda ad Albin 808 Aquisgranum 809. per Carolum Magnum conditæ.

Florentia per eundem instauratur, opu

præ

præcipuè urgente Achai Scotorum Regis fratre *Leslæo*.

Alphonsus III. Magnus, Compostellanum D. Jacobi templum ingentibus sumptibus ædificat 882. Zamora in Hispania ab eodem condita 850.

Urbs Leonina appendix Romæ à Leone IV. condita. Non minore ædificandi laude claruêre, Leo III. Paschalis I.

Sæculum X. à 900. ad 1000.

Calecutum apud Indos initio sæculi à Saracenis.

Monachium Bavariæ Ducum Sedes sub Othone I. Magdeburgum rogante Æditha Imperatrice 950. Hala in Saxonia 981. Cairum prope veterem Memphim à Johar Saraceno 968. ædificantur,

Nonantulæ & Farsæ monasteriis nihil hoc sæculo in Italia magnificentius.

Celeberrimum S. Marci templum Venetiis inclinante sæculo plurium è Græcia architectorum operâ inchoatur.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.

Troja in Apuliâ à Balagno seu Bolano Græco ædificatur 1022.

Schaphusiana urbs apud Helvetios conditur 1053.

Florentiæ templum S. Miniatis in monte 1010. Lucæ templum S. Martini 1061. ædificatur,

Sæcul XII. à 1100. ad 1200.

Galitium in Lusitania 1127. Rostochium 1145. Berlinum 1142. Alexandria à Palea dicta 1168.

Mediolanum, Cremona, Placentia ab Ænobarbo excisæ brevi feliciùs resurgunt 1168. Berna & Friburgium 1180.

Templum maximum B. V: Lutetiæ.

Sæcul. XIII à 1200. ad 1300.

Straubinga in Bavaria, Stockolmum in Suecia 1259. Bilbaum in Hispania 1300.

Templum Ambiani maximum Galliæ, totius nitidissimum 1220. circiter inchoatur, 1270 absolvitur. *Gallia Christiana.*

Pons Londinensis mirabilis sub Joanne Angliæ Rege.

Turris Cremonensis Italicarum maxima perficitur à Guelphis 1290.

Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.

Navale Venetum toti Europæ admirabile 1304 inchoatur.

Mexicum urbs Americæ septentrionalis maxima 1322.

Lymia & Pons oblivionis Hispaniensium celeberrimus à Petro Lusitano conditur.

Ulmæ templum totius Germaniæ maximum cœptum ædificari an. 1377. perfectum est post annos 100.

Anno 1386. templum Cathedrale Mediolanen-

lanensium, quo nihil habet Gotica architectura nobilius, sed post immensos planè sumptus nondum absolutum.

Sæc. XV. à 1400. ad 1500.

Templum Cathedrale Hispalense magnificentissimum nobilissimi Capituli sumptibus ædificari cœptum an: 1401.

Florentini egregiis operibus urbem suam ornant, hinc illi speciosum cognomentũ datum *Florentia Pulchra.*

Florentiæ S. Mariæ de flore Tholus primus erigitur an: 1446.

Carthusia Ticinensis à Galeatio Sfortia magnificentissimè condita.

Sæc. XVI. à 1500 ad 1600.

Lima in Peruvia 1535, à Plazaro Aneburgum in Misnia 1561.

Romæ in Vaticano Basilica D. Petri sumptibus 48. millionum exstructa & vix dum adhuc absoluta.

Agra Mogolensis imperij Metropolis à Rege Acabar & Palma nova à Venetis conduntur 1595.

Venetiis absolvuntur areæ Marcianæ porticus, quibus nil perfectius habere dicitur architectura.

Ibidem Pons Rivi alti marmoreus operis mirabilis.

Templum & monasterium D. Laurentij in Escuriali à Philippo II. conditur.

Sa-

Sacellum materiâ & opere spectando Florentiæ, in quo magnorum Ducum sepulchra.

Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.

Arx Casalensis in Italia, Philippoburgum in Germania excitantur.

Herbipolis unà cum arce Mariæburgo ornatur & munitur à Philippo Archiepisc. Mogunt. & Herbip. Episc.

Fossa seu Canalis inter Arcem & Cyarumnam per Ludovicum XIV Galliæ Regem.

Celebratur invalidorum militum ædes Parisiis, Hospitium pauperum Genuæ, D. Pauli templum Londini, Prætorium vulgò *Staathuys* Amstelodami. Vessaliæ immensis sumptibus à Ludovico XIV. ad regias delicias conditæ.

Parisiis fusa est statua Ludovici XIV. ex ære 800000. pondo ad Regis gloriam monumentum perpetuum.

Viennæ ex marmore Pyramis magnifica erecta ab Augustissimo Leopoldo altitudine 66. pedum in honorem SS. Trinitatis.

FINIS.

Typographicos errores qui intervenerunt & oculos Correctoris fugerunt, benevolus Lector facilè excusabit & emendabit.

ERRATA.

Pag. 11. Lin. 17. 7. *leg.* 10.
lin. 18. 10. *leg.* 7.
Pag. 18. *lin.* 6. 4500. *leg.* 2500.
Pag. 24. *lin.* 1. Philopater *leg.* Philopator.
Pag. 45. *lin.* 20. Mnemnon *leg* Mnemon.
Pag. 49. *lin.* 6. dista *leg.* dicta.
Pag. 50. *lin.* 16. 3900. *leg.* 2900.
Pag. 83. *lin.* 4. Heutius *leg.* Huetius.
Pag. 112. *lin.* 11. Luædunum. *leg.* Lugdunum.
Pag. 156. *lin.* ult. jaram. *leg.* tiaram.
Pag. 168. *lin.* 7. incerta. *leg.* incertum.
Pag. 190. *lin.* 1. Origines. *leg.* Origenes.
Pag. 199. *lin.* 20. 900 *leg.* 600.
Pag. 216. *lin.* 1. *post* copijs *leg.* pluviam.
Pag. 257. *lin.* 5. IX. *leg.* IV.
Pag. 267. *lin.* 1. Montiferrati *leg.* Montisferrati
Pag. 268. *lin.* 25. Magum. *leg.* Magnum.
Pag. 280. *lin.* 22. Cellotarius *leg.* Chlotarius.
Pag. 284. *lin.* 11. Italium. *leg.* Italum.
Pag. 294 *lin.* 22. Bragantiæ. *leg.* Brabantiæ.
Pag. 307. *lin.* 16. Armania. *leg.* Armeniâ.
Pag. 325. *lin.* 18. Gordianos. *leg.* Gordianus.
Pag. 343. *lin.* 16. coflagrat. *leg.* conflagrat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN